¶ Quantú ad pħeorum repħensioneꝫ iu stam dicit.⁊ irritú fecistis ⁊c.vbi Glo.ét in mádatis dei ō substinédis pentibus fe cistis irritum ꝓpter traditióem vestram s.auaᶜ vr̄e seruientes vt cuiꝫ eorum dice re potuerit illō Ezechiel'.16. Despexistis iuramentú vt irrisuꝫ facerçs pactú meú. ¶ Quátú ad quartú dicit O ypocrite.be ne prophauit ō vob̄ Is.⁊c.Nam pħei san ctitatem simulátes in exteriorib⁹ tam in doctrina q̄ꝫ in naturalibus laudibus vole bant inter alios apparere.sed in interiori bus erant inordinati quorum in persona dicit Is.Is.29.Populus iste ore suo ⁊ la bijs suis glorificabat me cor autem eius est longe a me.cuius prophie sententiam Christus nunc adducit vbi.3.possumus considerare.s.
Vanitatem laudationis.
Vacuitatem retributionis.
Prauitatem erudit0is.
¶ Quantuꝫ ad primum dicit o ypocrite bene prophauit ⁊c. isti vnde ypocrite di cuntur quia sub honore dei terrena lucra sibi cul'are cupiebát quibus cominať xp̄s ve dánationis eterne Mat.23.d.Ve vob̄ scribe ⁊ pħeꝫ qui comediꝫ domos vidua rum orationes longas orantes. propter hoc amplius accipietis iudiciú. ¶ Quá tum ad vacuitatem retributionis dicit si ne causa autem collunt me. Nam ille sine causa dicitur collere qui aliqua faciens ō genere bonorum ipsa facit propter laudé humanam non propter honorem di.ideo admonebat discipulos suos.d. Mat.5.At tendite ne iusticiam vestram faciatis co ram hoibus vt videamini ab eis alioqn mercedem nó habebitis aꝑ patrem vr̄m q in celis est. ¶ Quátú ad prauitaté eru ditionis dič docentes doctriná ⁊ mádata hominuꝫ pħei tanq̄ꝫ praui magistri doce bant hoies seruare traditióes hoium.q: ħ cedebat i eoꝝ comode téporale ⁊ dimit tere legeꝫ diuiná vñ de talibus doctorib⁹

h 8

dicit Rabanus. Non habebũt mercedem cum veris cultorib[9]. docẽtes doctrinam ⁊ mandata hominum. ↄtemptis preceptĩs diuinis.

Tertia pars.

Equit. Et vocatis ad se turbis ꝛc. vbi tangit veritatis declaratio luminosa. ꝙ ꝓbat salutaris eruditõ. q2 pharisey lȝ sanctitatem preten derent erãt veraciter mali. ideo doctrinã xp̃i veracem non poterant audire: ſȝ potius turbabant. vt de ipsis dici potuerit illud Dañ. 9. omnes preuaricati sunt legeȝ tuam. Scd̃m h igitur h duo possumus cõsiderare. s.

Xp̃i eruditõem viridicam.

Phĩeoꝝ turbatõem maleficam.

¶ Q[m] ad primũ dic̃. Et cũ vocasset ꝛc. xp̃s qdem sciens phĩeos incorrigibiles ip̃os ñ vocat vt audiant suam doctrinam ſȝ Criso. sed solum turbam simplicem discipline capacem. ¶ Sciendum ẽ aũt ꝙ cibus corporalis quãtum est de se spũaliter homieȝ non coinquinat nisi inquantum hõ per delectatõem inordinate afficitur ad cibum: sed verba que sunt significantia male itẽtionis vel malitie interioris illa possunt hominem coinquinare. q2 sap̃. 1. Os ꝙ mẽtitur occidit animam. ¶ Q[m] ad 2[m] dicit tunc accedentes discipuli ꝛc. Discipuli q dem xp̃i q2 ip̃m diligebant hẽbant displicentiam quando audiebant ꝙ aliq obloq̃bantur de ip̃o: ⁊ ideo vidẽtes ꝙ phĩey turbati erant de verbis que dixerat xp̃s h sibi notificant vt possit remedia adhiberẽ h igitur duo possumus ↄsiderare. s.

Discipulorum sinceram isinuatõem.

Xp̃i austeram rñsionẽ.

¶ Quantum ad p[m] dicit. Tunc accedentes ꝛc. Nam pharisey videntes ꝑ doctrinam xp̃i reprobatam eorum simulatõem ⁊ doctrinam non valentes ei resistere per rõnem ⁊ scripturam scandalizabantur ſm Criso. in ip̃m ⁊ seductõem in populo procurabant. ¶ Q[m] ad Christi responsionẽ austeram dicit. At ille rñdens ait. Ois plantatõ ꝛc. Ubi Christus de phariseis tria tangit. s.

Instabilitatem: in nõ durando.

Obscuritatem: in cognoscendo.

Calamitatem: in patiendo.

¶ Q[m] ad p[m] dicit. At ille ꝛc. Nam plantatio põt tripl'r accipi. ¶ Primo principaliter ⁊ auctoritatiue ⁊ isto modo pr̃ celestis dicitur plantare. q2 a nullo alio accipit suum esse. ꝑ ↄsequens potentiaȝ operandi. ¶ 2° modo principal'r ⁊ sb̃ auctoritatiue. ⁊ isto modo dr̃ plantare filius. qa enim filius ds̃ est. Ideo ꝑncipal'r dr̃ operari: q2 vero a pr̃e genitus est. a quo sic hȝ essentiam: sic hȝ vt operetur. iõ dr̃ operari sb̃ auctoritatiue. ⁊ hoc ẽ ꝙ ip̃e dic̃ Jo. 14. Uerba que ego loquor vobis a meip̃o non loquor. ¶ 3° modo ministerialiter ⁊ executiue: ⁊ isto modo glibȝ bõus ⁊ iust[9] fructificãs in eccl'a dr̃ plãtare. ¶ Aliquid aũt plantare põt intelligi dupl'r. vno mõ quãtum ad suũ esse. ⁊ hoc modo qcqd plãtatur a deo plantatur: q2 oia ꝑ ip̃m facta sunt ⁊ sine ip̃o fcm̃ est nihil. Jo. 1. ¶ Alio modo quantum ad tale esse. ⁊ hoc modo potest esse plantatio aliqua que non est a deo. ⁊ hoc modo loquitur hic xp̃s. d. Omnis plantatio q̃ȝ. i. qualeȝ ꝛc. Quia igitur pharisey erant mali ⁊ falsam doctrinam docebãt. lȝ quantuȝ ad esse simpl'r eos ds̃ plantauerit. tamen quantum ad tale esse s. culpale non dicuntur a deo plantati. ⁊ iõ tam mali q̃ȝ eoꝝ doctrinam: q2 falsa dicuntur eradicari. ¶ Q[m] ad obscuritatem in cognoscendo dic̃. Sinite illos ceci sunt ⁊ duces cecoꝝ ꝛc. licet aũt pharisey se sapientes reputarent. ⁊ esse vellent alioꝝ doctores: tñ insipiẽtes erant ⁊ stulti. vnde Rabañ. loquens de phariseis cecis dic̃. Ceci quidem sunt. i. luce mandatoꝝ dei ꝑuati. ⁊ sicut duces cecoꝝ. q2 alios in ꝑcipitium trahunt errantes ⁊ in errorem mittentes

¶ .Q.^m ad calamitatem in patiendo dic. cecus aūt si ceco rc. Nam pharisey p suam doctrinam non solum ducebant alios in precipitium:sed ipsimet precipitabantur cum ipsis.vt de quolibz illorz dici potue rit illud Eccl'i.27.Qui foueam fodit in eam incidet.r ió dic Ber.Ridiculosa res est imo magis periculosa. speculator cec⁹ doctor insciꝰ.pcursor claudus.pco mut⁹

Quarta pars.

Sequitur.Respondens autē Pe trus rc.vbi tangit ruditatē eru ditio amorosa.q̄ probat spūalis expositio. lz enim ruditatis signum sit in homine nō intelligere que dicunt. studio sa tamē signum est sapienꝫ iterrogaṙ igi tur vt sibi veritas dclaret. qz igit discipu li non intellexerant que dixerat xps: qa adhuc rudi erant.ió ipm Petrus iterro gat vt veritatem cognoscat. fm hoc igit hic tria ꝯsidera.s.

Discipuli iterrogatōem.

Xpi redargutōem.

Dicti manifestatōem.

¶ .Q.^m ad p^m dic.dixit aūt Petrus rc. Petrus enim tanq̄ꝫ vertex apostolorum se pe p oibus loquebat.qz igit xps ꝯsueue rat loqui parabolice.ió fm Rabanū.Cre didit ipm sic nunc fuisse locutum. cum di xit q̄ illud q̄ intrat per os .rc. r ió tanq̄ꝫ adhuc rudis petit q̄ sibi parabola expōa tur.¶ .Q.^m ad 2^m dic. Ille autem dixit adhuc rc. Nam non solū Petrus non in tellexerat q̄ dixerat:sed nec aliȷ̄ discipuli r ió fm Remigium xps oibus respōdet.

¶ .Q.^m ad 3^m dic.Non itelligitȷ̄ qz oē rc. vbi xps tāgit tria.s.

Qd cib⁹ corporal' nō hz hoiem coinquaṙ.

Que sunt illa q̄ hn̄t hoiem maculaṙ.

Qd nō debuerūt discipl'i tra ditōeꝫ homi nū obseruare.

¶ .Q.^m ad p^m dic.nō itelligitis rc. Cum ei aia sit sb̄a sensual' nō pōt p aliqd corpo rale p se coinquinari: lz h̄ possit eē p accñs inquātum hō male vtit corporalib⁹ reb⁹ r ió fm Criso.xps rñdet.d.nō intelligitȷ̄ rc.¶ .Q.^m ad illa q̄ hn̄t hoiem maculare dic.q̄ aūt pcedūt d ore rc.ad intellectū hu ius dci xpi.sciēdū ē q̄ in aia rōnali est du plex virtus.s. cognitiua r affectiua r ex vtroq̄ꝫ pcedunt boni vel mali:sed hꝫ initi um sunt cognitiua fm complementum ve ro ex affectiua.aia hz ergo sedem in cere bro quantum ad virtutem cognitiuam. in corde vo q^m ad effectiuā.r qz fm affectū actus isti sunt in cōplemento r ex ipo di cuntur moralr̄ bōi vel mali . ió xps dixit q̄ illa que de corde exeunt coinquināt ho minē qz non ex cogitatōibus mal' perue niūt r mala fcā.s.homicidia quibus in p sonis pximiorum nocumentum inferunt adulteria que in violatōe alieni thori cōsi stunt fornicatōes q̄ sunt illicita coitus p sonaꝝ a mrīmonio solutaꝝ.furta qb⁹ res sbtrahunt.¶ .Q.^m vo ad mala vba fal'a testimōia qbus fama ledit pximioꝝ bla sphemie q̄ sunt iniurie in deum attribuē do.s.q̄ ppium est dei attribuitur alicui creature:vel q̄ deo non cōpetit sibi attri buēdo.¶ .Q.^m ad h̄ q̄ nō debuerunt disci puli traditōes hoium obseruare dic non lotis manibus rc.qz eim in pn°. hui⁹ euā gelȷ̄ phey reprehenderūt discipulos xpi: qz nō lauabāt manus r erant traditōnes hoīuꝫ trāsgressores diuini precepti q̄ pe ius erat :r que sunt illa q̄ inqnant ho em nūc in fine ꝯ dictū eoꝝ cōcludit q̄ mãduca re nō lotis māib⁹ nō hz hoiem coinqnaṙ.

¶ Ex supradictȷ̄ aūt pꝫ q̄ xps hoies istruit vt se puros r mundos custodiant r non i quinent a vitȷ̄s r pccis vt sint cū xpo per grām i pn̄ti.r i futuro p gl'aꝫ .ad q̄ꝫ rc.

¶ Feria.5ª.dñice tertie in. xl^a.

Surgens ihs de synagoga introiuit in domum Symo nis rc.Luc.4.Nos videm⁹ p experientiam tam i agen tibus naturalibus q̄ꝫ in ar

tificialibus habentibus intellectum ⁊ voluntatem ꝙ omnis c i efficiens diligit effectum suum. Nam in agentibus artificialibus pȝ ꝙ artifex diligit opus suum ⁊ sibi complacet in ipo. sicut hedificator i hedificio ⁊c. In naturalibus autem pr̃ diligit filium. xp̃s igitur dei filius per quem facta sunt omnia diligit creaturas singulariter autem diligit hominem quem ad ymaginem ⁊ similitudinem suam ꝑduxit de rõne autem dilectionis est ꝙ diligẽs compatiatur dilecto in suis aduersitatib^{9} ⁊ sibi ꝓ posse subueniat si sit capax. ¶ Q2 igitur homo triplicem defectum incurrerat .s. vulneratõem in naturalibus pp̃ q̃ȝ erat debilitatus: expoliatõem in gratuitꝫ pp̃ ꝙ erat deformatus. ⁊ obfuscatõem itellectus pp̃ ꝙ erat excecatus. iõ dei fili^{9} ex dilectõe sibi compatiẽs de sinu p̃ris d̃scẽdit in vterum virginis. vt cõtra debilitatem restitueret fortitudinem. contra d̃formitatem pulchritudinem. Contra cecitatem: claritatem: ⁊ h̃ est ꝙ in p̃nti euangelio continetur in bt̃o Luc. xp̃m d̃i filiũ tripliciṫ nob̃ iduc̃. s.

Ut vigorem roborantẽ nr̃am d̃bilitateȝ.
Ut decorem adornantẽ nr̃am d̃formitatẽ
Ut doctorẽ illustrãtẽ nr̃am cecitatem.

¶ P^{m} ꝓbat restõ sanitatꝫ. 2^{m} expulsio feditatꝫ. 3^{m} eruditõ v̓itatꝫ p^{m} in prin^{o}. 2^{m} ibi cũ ãt sol ad occasum ⁊c. 3^{m} ibi fcã aũt die.

Prima pars.

Uantum ad p^{m} vbi tangit ⁊c. ꝙ ꝓbat ⁊c. dic̃ surgẽs yh̃s ⁊c. Nã ꝑ febrẽ reddẽtẽ hoiem debilem intll̓r d̃bilitas i virib^{9} naturalib^{9} quẽ hõ ꝑ pecc̃m incurrit. q̃ȝ qdẽ xp̃s ꝓ nob̃ inuiṫ curatõe mlieris infirme q̃ȝ a febrib^{9} liberauit. h̃ ãt duo ꝯsidera. s.

Xp̃i bẽignitatẽ in ꝯuersando.
Ipsius ptãtem in liberando.

¶ Q^{m} ad p^{m} dic̃. Surgẽs yh̃s ⁊c. postq̃ȝ eim xp̃s curauerat hoiem a demonio existens in synagoga, ide surrexit vt pi^{9} cum suis discipulis vt eos ad bonũ induceret crebrius habitabat. vnde Criso. Mãebat ei apud discipulos honorans eos ⁊ vt ab hoibus animosiores redderet. ¶ Signãter ãt dr̃ intrasse in domum qui pauꝑ fuerat ad dandum nobis exẽplum ꝙ non dȝ qs verecũdarĩ starĩ cum pauꝑibus s̓ȝ Criso. vñ eccl̓ci. 4. Cõgregatõi pauꝑuȝ affabilem te facito. ¶ Q^{m} ad 2^{m} dic̃. Socr^{9} ãt Symonis ⁊c. in sanatõem qdẽ hui^{9} mulieris q̃ttuor possum^{9} ꝯsiderarĩ. s.

Infirmitatꝫ incomode.
Intercessionis adiutoriũ.
Curatõis remedium.
Liberationis refugium.

¶ Q^{m} ad p^{m} dicit. Socrus aũt ⁊c. Naȝ Symon Petrus vxorem hũit legitimaȝ filiam huius mulieris infirme. de qua habuit vnam filiam nomine Petronilã: nũc cathalogo sanctorum ascriptam. ⁊ iõ hec mulier dr̃ socrus esse que hic dr̃ magnis febribus detineri. vt ex h̃ fcm̃ miraculum euidentius oñdatur. ¶ Q^{m} ad secũdum dicit. rogauerunt illum ꝓ ea. Nam discipuli ⁊ aliȷ̃ circũstantes cognoscentes christi potẽtiã ⁊ mlieris miseriã rogabant ꝓ illa: vt dici potuerit d̃ ipis illd̃ Eccl̓ci. 50. Rogauit ppl̓s dñm excelsum in p̃ce vsqȝ dũ ꝑfectus esſȝ hora dñi. ¶ Q^{m} ad curatõis remediũ dic̃. ⁊ stãs suꝑ eã ⁊c. vbi tria possum^{9} ꝯsiderare. s.

Xp̃i bẽignitatem succurrẽtẽ.
Ipsi^{9} dignitatẽ eminẽteȝ.
Facti v̓itatẽ euidẽtem.

¶ Q^{m} ad p^{m} dic̃. ⁊ stãs ⁊c. Nã starĩ xp̃i suꝑ eã ifirmã nihil alid̃ significat nisi ipsi^{9} bẽignitas q̃ succurrit d̃bili mlieri. ¶ Q^{m} ad xp̃i dignitatẽ eminẽtẽ dic̃. impauit febri. Impar̃ ẽ offm̃ dignitatꝫ. In hoc ergo ꝙ impauit febri appet ei^{9} dignitas: vt de ipo v̓ificeṫ illd̃ eccl̓. s. Uniuerse terre rex impat seruienti. ¶ Q^{m} ad fci v̓itatẽ euidẽtẽ dic̃. ⁊ dimisit illã. Nã stati ad xp̃i ipium febris dimisit mlierẽ ifirmã: vt d̃ ipa

dicant illud Luc.14.Feci est vt impasti. ¶ Q^m ad liberatõis inditiũ dic. Et continuo surgens ministrabat il' in q̃ nobis ostenditur q̄ subita surrectõe ⁊ sedula ministratõe fuerunt iditiũ euidens curatõis mulieris p̄mitus infirmant℥. ¶ Sciendu₃ est ãt circa istam ptem loquendo moraliter q̄ duo sunt genera peccatorum. Nam quedam sunt peccata spiritualia: sicut sup bia: vanagloria: inuidia ⁊c. que respiciunt animam. quedam carnalia: sicut gula: luxuria ⁊ h^9i: que respiciũt corpus que duo genera infirmitatum. s. per hominez d̃moniacum. de quo Luc. imediate ante istud euangelium: fecerat mẽtionem: ⁊ per mulierem febricitantem de qua hic spãliter fit mentio. ¶ Nam per hominem demoniacum intelliguntur homies irretiti peccatis spũalibus. q: demon est spũalis substantia. per mulierem febricitantem intelliguntur homines infecti peccatis carnalibus. cuius ratio est q: sicut febricitanti dulcia videntur amara ⁊ insipida: nociua mult' oc̃. placẽt. Sic hominibus carnalib^9 displicẽt spũalia bõa ⁊ in suis carnalitatibus delectantur qbus cominando dicit Is. 5. Ve qui dicitis malum bonum. ⁊ bonum malum. ponentes tenebras in luce₃: ⁊ lucem in tenebras. ponentes amarum i dulce: ⁊ dulce in amarum. ⁊ sic re vera isti faciunt. ¶ Isti possunt figurari p̄ p̄rem pb:lij febri ⁊ disẽteria iacere. d̃ q act. 18. ¶ Ubi sciendum q̄ per peccatum loquẽdo generaliter oritur ex duob^9. s. ex amore male accedẽte. ⁊ ex timore male humiliante q̄ datur intelligi in duabus infirmitatibus quas dicitur pater pblij habuisse. s. in febre ⁊ discenteria. ¶ Nam per febrem que contingit ex imoderato calore in humoribus existente. intelligit' peccatum ex amore male accedente procedit ex discẽteria: cuius principium dicitur esse fluxus intelligitur peccatum ex timore male humiliante procedens. ¶ Xp̄s igit' redemptor humani generis. ⁊ virum demoniacum: ⁊ mulierem febricitantem curare voluit vt se medicum oium generaliter peccato℞ ostenderet: per quo℞ curationem corporis ⁊ aie sanitas designatur: de quo p̄ cor. 15. Et sicut in Adam oẽs moriũtur ita ⁊ in xp̄o oẽs viuificabunt. ¶ Qualiter autem xp̄s sanat pccõrem. audi qualiter hanc mulierem curauit. q: rogatus stans ⁊ imperans febri. ¶ Ubi sciendum q̄ peccator q: non est dignus vt exaudiat' a dño. Scimus enim q̄m peccatores non audit. Jo. 9. id̃ indiget intercedente p̄ ipso. q̄ cognoscẽs Job. dicebat Job. 5. Uoca si est q tibi rñdeat ⁊ ad aliquez sancto℞ conuertere. ¶ Dr̃ q̄ stans curauit q: p̄ priu₃ fuit xp̄o stare qui nunq̃₃ cecidit nec cadere potuit per peccatum. ceteri autez vel ceciderunt vel cadere potuerunt. sic autem stans nos inducit vt recipiamus p̄ gratiam dic̃ Apoc. 3. Ecce sto ad ostium ⁊ pulso. si quis audierit vocem meam ⁊ aperuerit ianuam intrabo ad illum ⁊ cenabo cum illo ⁊ ipse mecum. ¶ Dicitur etiam q̄ imperans curauit ad designandum dignitatem ipsius. cuius velud regis ⁊ domini est omnibus imperare. De quo eze. 27. Rex vnus erit imperans. ¶ Unde potest figurari per Joseph. De quo dicitur gen̄. 41. Ad pħo dixit ei absq₃ tuo imperio non mouebit quisq̃₃ manum aut pedem in omni terra egypti; quem vocauit saluatorem mundi. ¶ Ubi sciendum q̄ per Joseph qui in benedictionibus patris. Gen̄. 49. dictus filius accrescens ⁊ decorus aspectu quem Pħo saluatorem mundi vocauit intelligitur Christus Jesus: qui pro tanto creuisse dicitur. vl' quia in Christo humanitas nostra fuit diuinitati vnita. Uel quia pro nobis fuit elleuatus in cruce: quia etiam decorus aspcũ dicitur: q: inter homines cõuersationẽ habuit exẽplarẽ: q ẽt ɔuenient saluator mũdi dr̃. q: p̄ salute mundi fuit incarnatus:

iuxta q̄ dixit angelus Joseph. Mathi .1. Loquens de virgine Maria. Pariet in quit filium ⁊ vo. nomen eius yhm .ipe.n. saluum faciet pplm suum a peccatis eorum in omni igit terra egypti.i.in vniuerso mundo non d; q̄sq; mouere manum vel pedē nam p pedē q̄ qs mouet corporalr: intllr affectus hois quo mouet homo mentalr. ¶ Per manū xo q̄ qs opat exteri⁹ itelligit opa q̄ fac hō. tūc igit pedē sine impio xpi nō mouet qñ suū affectū nō pōit i mūdanis. Sed ipe sibi cum gēitu patefac de uote dicēdo cū ps. Dñe añ te omne dside riū meū. ⁊ gemit⁹ me⁹ ad te non est abscō ditus. ¶ Manu; ēt sine imperio ipsius mouere non dr q se non laxat ad illicita: sed exercetur in operibus virtuosis . cui dicitur eccl'ci.9. Quotcunq; pōt man⁹ tua instanter operare q: nec opus nec rō nec scientia nec sapientia erunt apud inferos quo tu properas. ¶ Curat autē ista mulier.i.pccō: in domo Symonis qui interpretatur obediens . q: qui vult curari a Christo debet esse obediens : cui dicitur eccl'ci.4. Eris tu velud fili⁹ altissimi obe diens ⁊ miserebitur tibi magis q̄ mater ¶ Homo aūt sic instar hui⁹ mlieris curatus a xpo d; statim surgere ⁊ xpo ministrare. surgere inq̄ totaliter vicia dseren do ⁊ cito triplici d cā. ¶ Primo quia pōdus peccati habet tantam grauedinē ānexam q̄ nisi cito peccator surrexerit statim ad pccm aliud trahit ⁊ inclinat. Nā teste Grego. Pccm q̄ per penitentiam nō de luitur mox suo pondere ad aliud trahit. ¶ Scdo q: pccm hab; animam excecare iuxta illud sap.2. Excecauit eim illos malitia eorum . ¶ 3° q: vix pōt vnum perseuerare sine alio. Unde prouer.13. Inter superbos semper iurgia sunt. ¶ Dicitur etia; instar mlieris hui⁹ xpo ministrar se exercēdo in opibus bonis. tal' autē sic deo ministrās pt figurari p Samuelē: d quo dr.1. Re.3. Samuel āt ministrabat añ faciē dñi puer accinctus ephot lineo. ¶ Ubi sciendum q̄ per Samuelē q interpretat postulatus a dño intlli pōt pccōr puersus ad pniam pcibus sanctorum a dño postulat⁹. qualis āt sic conuersus debeat esse dicit q̄ hic erat puer ⁊c. Nam in nomine pueri in quo viget inocentia . datur intelligi puritas mentis ⁊ corporis. l; sit etate grandeuus: ad q̄ puritatē nos iducit .1. Cor. 14. Fratres nolite effici pueri sensibus: s; malitia paruuli estote. in ephot xo lineo alba veste ⁊ cādida intllr honesta puersatio . ad q̄ hñdā nos admōet bts petrus in cāonica sua.2.d. Conuersatōem nrām inter gēs hñtes bonā.

Secūda pars.

Egtur . Cū sol āt occidisset ⁊c. vbi inducit xpm vt decorē adornātem nrām dformitatē . q̄ probat expulsio feditatis: vbi q̄ttuor possum⁹ psiderar.s.

Diuersitatis mltitudinē idigentis.
Facultatis pmptitudinē succurrētis.
Ueritatis certitudinem exntis.
Ptātis magnitudinē cohibentis.

¶ Qm ad pm dicit. Cum autem sol ⁊c. Nā non solum xps saluator humani generis existens aliquos sanare voluit. l; singulariter in omnibus solum beneficium ipartiri. Nam iuxta illud .1. Thy.2. Ipe vult omnes homines saluos fieri. inquantum autem dr .cum sol occidisset ducebant infirmos dat intlli fm Theom. deuotio presentantiū q̄s nec icompetēs hora tenebat. ¶ Spūal'r āt loquēdo triplici d cā xps voluit p⁹ solis occasum curare. ¶ P° vt nob suā diligētiā circa materiā salutis dmō straret. ⁊ iō nō solū d die: s; ēt d nocte ifirmos curabat. vnd potest figurari per Jacob patriarcham custodiens oues Labā. ⁊ volens ostendere solicitudinem magnā quam habuit dixit sibi geñ.31. De nocte que estu vrgebat ⁊ gelu. fugiebatq; somnum ab oculis meis. ¶ Ubi sciendum q̄

per Jacob qui luctator vel supplantator
dicitur: intelligitur xp̄s qui pro nobis lu
ctā in cruce sumens ꝯ dyabolum. ip̄m viri
liter supplantauit. ¶ Per Labā vero qui
candidus dicitur. intelligitur deus pater.
in quo fūtaliter est oīs candor pulchritu
dinis. per oues vero intelligitur totū ge
nus humanū. vnde p̄s. Ip̄e est dominus
deus noster: nos autem populus eius ⁊
oues pascue eius. ¶ Christus igiť velud
pastor solicitus de ouibus suis istis dili
gentissimam curā habuit vt ip̄as ad oui
le fidei adunaret. Nam de nocte ⁊ die ip
sis impti̇ebatur doctrine ⁊ curatōis bene
ficia sustinendo frigus ⁊ estū ⁊ noctes in
sōnes deducens. ⁊ ꝙ amplius est ꝑ ip̄sis
vitam corporalem exponēs. vñ sibi regra
tiando possumus dicere illud Sap̄. vltio.
In oībus ei dñe magnificasti populum tu
um ⁊ honorasti ⁊ non despexisti in omni
tempore ⁊ in omni loco assistens ei. ¶ 2º
voluit post solis occasum curare. vt nob̄
operandi regulam indicaret: vt. s. opera q̄
facimus vt soli deo placeant faciamus.
vnde dicit Math. 5. Attendite ne faciatꝭ
iusticiam vestram coram hominibus vt
videamini ab eis. alioquin mercedem nō
habebitis apud patrem vestrum qui in
celis est. ¶ Tertio voluit curare post solꝭ
occasum. vt sic sue passionis efficaciam
exaltaret. vnde Beda. Sol ocubitus ē pas
sio xp̄i per ipsum plures sanantur demo
niaci. ¶ Quantum ad secundum dicit. at
ille singulis manus imponens curabat
omnes ⁊c. licet enim Christus suo velle
vel verbo potuisset omnes infirmos cura
re. tamen tangendo voluit eos curare. vt
per hoc nobis ostenderet quantam virtu
tem secuta fuit humanitas ex coniunctio
ne diuina secundum Cyrillum. ¶ Loquē
do autem spiritualiter per illam manum
qua Christus infirmos corporaliter teti
git ⁊ curauit intelligitur diuina gratia q̄
si tetigerit peccatorem statim curabitur.

hec est manus de qua Ezech. 3. Manꝰ dñi
erat mecum confortans me. hec est manꝰ
de qua figuratiue dić Moy. filijs Israel
Exo. 13. Mementote diei huius i q̄ egres
si estis de egypto: ⁊ de domo seruitutꝭ: qm̄
in manu forti eduxit nos domīus vt non
comedatis frementatum panem. ¶ Ubi
sciendum ꝙ per filios Israel existentes ī
egypto. intelliguntur existentes in tene
bris peccatorum. qui ideo in seruitutem
dicuntur. quia iuxta sententiam Christi
Jo. 8. Omnis qui facit peccatum seruus
est peccati. de statu isto misero ⁊ tenebro
so nos educit dominus de manu forti. i. ꝑ
suam gratiam. omne peccatū mortale to
taliter expellentem vt dicere possit illud
Exo. 20. Ego sum dominus deus tuus q
eduxi te de terra egypti ⁊ de domo serui
tutis. ⁊ ideo dixit Moy. Mementote
⁊c. Nam per panem frementatum: quia
frementum est aliqualiter accidū. intellr
peccati delectatio que lꝫ carnem delectet:
tamen est anime accidiosa. peccator igiť
qui de statu peccati reductus est ad grāꝫ
debet diem illum portare memoriter: nec
debet ad pristina reuerti de cetero vt pa
nem frementatum comedat. Nam sicut di
citur Exo. 12. Qui comederit frementatū
peribit anima ipsius de cetu Israel.
¶ Quantum ad tertium dicit. Exibāt āt
demonia ⁊c. vbi Beda. Demonia filiū dei
confitentur. ⁊ sicut postea dicitur. sciebant
ip̄m esse Christum: q: cum ieiunio fatiga
tum eum dyabolus videret purum homi
nem intellexit. sed q: temptando non pre
ualuit vtrū filius dei essꝫ dubitabat: nunc
āt ꝑ signoꝝ potētiam vel itellexit vł poti
us suspicatꝰ ē eē filiū dei. ¶ Qᵐ ad 4ᵐ di
cit. ⁊ icrepans non sinebat ea loqui ⁊c. In
hoc enim ꝙ xp̄s increpans spiritus repro
bos non sinebant loq̄ q̄zuis veritatem di
cerent signū in Christo magne potestatꝭ.

Equitur. Facta ãt die ⁊c. vbi in
s ducit xp̃m vt doctorem illustrã
tem nr̃am cecitaté. q̈ pbat eru
ditõ vitaȝ. ad h̃ ei q̈ aliq̃ doctria accepta
sit audiẽtib⁹ oȝ q̈ imũis sit a q̃ttuor .s. ab
oñtatõe. ab ãbitõe. ab adulatõe. ⁊ a psona
rum acceptatõe. Nã istis q̃ttuor modis ɔ
sueuit doctria dp̃rauari: vt igit̃ xp̃i doctri
na auditorib⁹ sit accepta. circa ip̃aȝ h̃ q̃t
tuor possum⁹ ɔsiderar̃. s.

Q̃ non fuit inaniter oñtata.
Q̃ nõ fuit arroganter postulata.
Q̃ non fuit facil'r simulata.
Q̃ nõ fuit general'r pmulgata.

¶ Q^m ad p^m dic̃. fcã ãt die ⁊c. Nam eiȝ
inaniter gl'iantiũ. ẽ i dcis suis ⁊ factis co
rã se iactare. xp̃s ãt nõ fic̃ vanagloriosus
sed fic̃ virtuosus magister ⁊ solidus in su
is dicț ⁊ facț oñtatõem vel ppriã gl'iam
non querebat: iuxta q̈ ip̃e dic̃ Jo .8. Ego
gloriam meam non quero: ẽ qui q̃rat ⁊ iu
dicet. ⁊ iõ multis miraculis ppetraț ad d̃
sertum se trãstulit locũ. ¶ Moral'r aũt
loquẽdo p egressum d̃ ciuitate: que fic̃ pȝ
Luc̃. 4. fuit Caphar. ⁊ iter suum in d̃sertũ
intell'r egressus pccõris de statu culpabi
li ad statum pnie. Nam per Caphar. qui
interpretat̃ ager pinguedinis vel villa ɔ
sol'onis. intell'r status pccõrum curantiuȝ
solum de delitijs corporis ⁊ consolationi
bus mundi. quoꝝ deus venter est ⁊ gl'ia i
ɔfusione ip̃orum q terrena sapiunt. phy.
3. ¶ Licȝ ãt hõ exñs in Caphar. diuersis
fuerit vitijs irretitus: tñ aliqñ p̃uẽt⁹ dia
gr̃a: vicia d̃serit. ⁊ sic de Caphar. egredi
põt. ¶ Q^m ad 2^m dic̃. ⁊ turbe reqrebant
eũ ⁊c. Nã d̃ natura supboꝝ ⁊ arrogãtiũ ẽ
in dicț suis ⁊ facț se surger̃: ⁊ vltra q̃ȝ ɔpe
tit apper̃ ⁊ ãbire: iuxta q̈ cuilibȝ supbo dr̃
Abdie. 1. Supbia cordis tui extulit te. ⁊ tñ
dr̃ Js. 2. Dies dñi exercituũ sup oẽm sup
bũ ⁊ arrogãtẽ ⁊ hũiliabit̃. xp̃s ãt non sicut
supbus sȝ hũil'. nõ se ãbitiose igessit sȝ ma
gis respuit honorẽ pñtatum. Nã sicut dr̃
Jo. 6. Cum fecisset miraculũ de p̃aĩb⁹ vo
luerunt eum constituere regem suuȝ. yh̃s
ergo cum cognouissȝ q̈ venturi essent vt
eum regem facerent. tñ turba cum deuo
tõe eum querebat. ¶ Sciendum est autẽ
hic quãtum ad turbas ⁊ ad nr̃am eruditõ
nem moralem q̈ xp̃s dȝ.

Queri diligenter.
Adipisci gratulant̃.
Possideri perseueranter.

¶ P° xp̃s dȝ queri diligenter ⁊ q^m ad h̃
dr̃ q̈ turbe reqrebant eum. Nam xp̃m d̃
bet querere cum cordis deuotõe. dicendo
cum p̃s. Tibi dixit cor meuȝ exquisiui te.
facies mea. faciem tuam dñe requiram.
qualiter autem inueniri possit. audi quid
dicitur Sap̃. 1. Sentite de dño in simplici
tate ⁊ bonitate cordis querite illum. qm̃ i
uenitur ab his qui non temptant illum.
apparet autem his qui fidem habent in
illum. ¶ Secundo xp̃s dȝ adipisci gratu
lanter. ⁊ quantuȝ ad h̃ dicitur quod vene
runt vsqȝ ad ipsum. Nam homo dȝ xp̃m
adipisci cum cordis dilectione. ⁊ hoc est
q̈ dr̃ Js. 6. Ego sum panis vite: q vẽit ad
me non exuriet: ⁊ q credit in me non siti
et vnq̃ȝ. ¶ 3° Christus dȝ possideri perse
ueranter. ⁊ quantum ad h̃ dr̃ q̈ tenuerũt
eum ne discederet ab eis. Nam homo dȝ
xp̃m possidere sine temporis intermissio
ne: vt sic ip̃o inuento dicat illud. Cant̃ .3.
Inueni quem diligit anima mea: tenui eũ
nec dimittam. ¶ Quantum ad tertiuȝ di
cit quibus ille ait ⁊c. natura enim simula
torum est complacere verbis suis homini
bus diuitibus ⁊ adulationibus suis d̃mul
centibus aures quibus multa falsa pmi
scent. propter q̈ dicitur pūer. 1. Siml'ator
ore decipit amicum suum. xp̃s autem nõ
fuit simulator falsidicus sed doctor veri
dicus. ⁊ ideo dicit q̈ oportebat euȝ alijs
ciuitatibus euangelizar̃: q: ad h̃ missus
erat: vt dr̃e potuerit illud Luc̃. 4. sũptum
de Js. Sp̃s dñi super me. pp q̈ duxit me

euāgelizare pauperibus misit me. ¶ Q^m ad 4^m dic. Et p̄dicans in synagogis gal lilee: qñ enim doctor non audet predicar̄ in publico talis doctrina est suspecta. xp̄s āt predicans doctrinam sanam ⁊ veram eam publice ⁊ generaliter docebat. ¶ Ex predictꝫ igitur pꝫ ꝙ bonus predicator ⁊ ac ceptus hominibus ad hoc ꝙ sit acceptus deo debet esse imunis a predictis: ⁊ isti q bus dicit dñs Math. vltimo. Eūtes i mū dum vniuersum predicate euangeliū om ni creature. qui crediderit ⁊ baptizatꝰ fue rit saluus erit. Quā nobis ꝯcedat ⁊c.

¶ Feria.6. dñice tertie in.xla.

Venit Jesus in ciuitatem sa marie que dr̄ Sycar ⁊c. Jo. 4. In aliquo enim preside te vl' rege ad h ꝙ sit cōme dabilis.6. inter alia requirun tur. s. ꝙ sit familiaritate benignus. vnde eccl'ci.23. Rectorē te posuerūt noli extolli esto in illis q̄si vnꝰ ex ill'. Qd sit nobilita te preditus. q: eccl'ci.10. Beata terra cuiꝰ rex nobil' est. Qd sit liberalitate munificꝰ iuxta ꝙ d assuero dr̄ Hester.2. ꝙ in nup tijs Hester dona largitꝰ ē iuxta magnifi cētiā p̄ncipalē. Qd sit claritate pspicuus. q: Sap.6. Rex sapiēs ppl'i stabilimētum est. Qd sit caritate serenus ⁊ ylaris. Ꝓ uer.16. In ylaritate vultus regis vita ⁊ clemētia eiꝰ. q̄si ymb serotinꝰ. Qd sit vni uersitate ꝓficuꝰ. s. i augmētādo regnum ⁊ pplꝫ. q: ꝓuer. In mltitudie ppl'i digni tas regis i paucitate pleb ignominiā p̄n cipis. ¶ Ut igit xp̄s yhs rex dux p̄nceps nr̄ oñdat nob ꝯmēdabil'. bt's Jo. i h euaº. iuxta predcā.6. tangit. s.

Veritatē hūanitatꝫ assumpte.
Dignitatē deitatꝫ excelse.
Largitatē libalitatꝫ imense.
Claritatē dubietatꝫ ꝯnse.
Sedulitatē caritatis intense.
Uniuersalitatē ciuitatꝫ conuerse.

¶ Primum ꝓbat fatigatō corporalis. 2^m dñatō principal'. 3^m exhibitō curialis. 4^m eruditō sp̄ūalis. 5^m affectō singl'aris. 6^m deuotō ppl'aris. P^m in p̄nº. 2^m ibi ve nit mlr ⁊c. 3^m ibi dixit ad eū mlr ⁊c. 4^m ibi. dic ei ml'r vt video ⁊c. 5^m ibi ⁊ ꝯtinuo venerūt discipuli ⁊c. 6^m ibi. ex ciuitate āt illa ⁊c.

Prima pars.

Quantum ad p^m vbi tangit ⁊c. ꝙ probat ⁊c. dicit. venit yhs ⁊c. Nam Christus existens in iu dea ⁊ volens in gallileam ire regiōis ne cessario habuerit transire per Samariaꝫ h autem quantuꝫ ad iter Christi tria pos sumus considerare. s.

Situs comoditatem spatiosam.
Hois erūnosam qualitatem.
Tēporis quātitatē numerosam.

¶ Q^m ad primum dic. venit yhs ⁊c. vbi quantum ad istum situm describendum tria tangunt. s.

Habitatio spatialis.
Possessio singularis.
Emanatō aqualis.

¶ Q^m ad p^m sciēdū ē s'm Bedā. Sama ria ē isignis palestie ꝓuincie ciuitas a q vt tota regio ei sociata samaria dicatur. ¶ Q^m ad habitatōem spacialē q̄ fuit in sicar. Sciēdū ꝙ sycar dr̄ corrupto vocabu lo. q: ꝓprio noie dr̄ Sichē ⁊ ē locꝰ iuxta quē Jacob dū rediret de mesopotāia fixit tēptoria. ⁊ pp deflorat ōem Dine filie sue a filio regis Sichē, duo filij Jacob Sy meon ⁊ Leui occiderunt ⁊ omnes homi nes huius regionis vel ciuitatis. vt ha betur gen̄.34. ¶ Quantum ad possessio nem singularem sciendum est ꝙ sicut ha betur gen̄.48. Jacob appropinquans ad mortem ⁊ diuidens filijs. vnam singula rem possessionem dedit filio suo Jo seph vltra partem hereditatis cōmunis d. tibi dabo partem meam extra fr̄es tu os quam tuli de manu Amorei in gladio ⁊ arcu meo. ⁊ h secundum Theodosium

fuit illa possessio. ¶ Quãtũ ad emanatio nem aqualé. sciendũ e q ille fons vt infe rius dr est puteꝰ. ¶ Quantũ ad secũduꝫ. dicit yhs fatigatus ꝛc. Nam dei filius ve ram hũanitatẽ assumens passiones ꝛ erũ nas sine pccõ assumpsit ꝛ ideo sicut i nob accidit poterat ex itinere fatigari. fatiga tio autem xpi.

Insinuat verã hũanitateꝫ.

Roborat nr̃am infirmitatem.

Informat nr̃am actuitatem.

¶ Primo insinuat verã hũanitatem. Nã cũ deꝰ esset ꝛ hõ. fatigari ds nõ potuit ſꝫ som̃ humanitas q̃ꝫ assumpsit. ¶ Scdo ro borat nr̃am infirmitatem vñ Aug. super Johãnem xp̃s fortis q: omnia p ip̃m fcã sunt xp̃s igit infirmꝰ q: verbuꝫ caro fcm̃ ẽ. ꝛ habitauit i nob fortitudo xp̃i te crea uit ꝛ infirmitas xp̃i nos fortes fec. ¶ 3ᵒ informat nr̃am actuitatẽ. Nam cũ ipe sit nr̃ dñs ꝛ magister ꝛ ꝓ nob voluit fatiga ri. nam ipe dixit discipl'is Jo. 13. Si ergo laui pedes vob dñs ꝛ magister. ꝛ vos de betis alterius lauare pedes exẽplũ enim dedi vob vt quemadmodũ ego feci ita ꝛ vos faciatis xp̃s autem hic ddit dupl x exemplum. s.

Austeritatis ꝛ pnie.

Paupertatis ꝛ indigẽtie.

¶ Nã ex h q fatigatꝰ ex itinere fuit p̃bꝫ exm̃ austeritatꝫ vt nõ scimus nimis dlica ti si ꝑmo laboremꝰ. In h aũt q sup fon tem sedebat. dat nob exm̃ iopie ꝛ paupta tis. nã ipe dicit p p̃s. Paup sum ego ꝛ in laboribus a iuuẽtute mea vñ Cris. Sede bat sic sup fontẽ. q. d. nõ throno aut i pul uinari sed simpliciter ꝛ vt ptingebat sup terrã. ¶ Quãtũ ad 3m̃ dic. ꝛ hora erat q̃si 6. Nã circa sextã horã existit in altũ sol ꝛ estus maximꝰ. ꝛ p's magna diei trãsijt. ad h lascitudo debilitas fames ꝛ existuatio cõsecunt. q̃ signãter xp̃s pro nob tũc pati voluit q̃ hora ꝑ nr̃i voluit postmodũ cru cifigi. ¶ Moralr aũt exponẽdo hãc par

teꝫ. sciendũ est q gallilea vno modo inter pretat trãsmigratio ꝛ signat vitaꝫ eternaꝫ ꝑpter q̃ꝫ facti sumꝰ vt illuc trãsmigremꝰ nõ habemus hic ciuitatem manẽtem sed futurã inquirimꝰ Ebr̃. 13. ¶ Per iudeam aũt qui vno modo interpretat cõfessio in telligit status fidei catholice q̃ in quo de bemus fideliter deum ꝯfiteri corde credẽ do. ore p̃dicando ope exercẽdo. Naꝫ Ro. 10. Corde enim credit ad iusticiaꝫ ore aũt cõfessio fit ad salutem. ẜm aũt Jaco. in ca no. sua. 2. Fides sine operibus mortua ẽ. ideo necessariũ est. vt q vl't ad vitam eter naꝫ significatã p gallileam trãsire in iudeã exẽplo xp̃i existere p veram fideꝫ vt veri ficetur illud p̃s. Notus i iudea ds. i. i sta tu fidei dũ in h mundo viuimus p fidem est notus ds quem ꝯfitemur ꝯstanter. sed in Jsrl'. i. i celesti p̃ria vbi videt apte ma gnum nomen eius. q: tunc eius cognosci tur magnitudo. ¶ Per sycar aũt q vno modo interpretat penitẽtia intelligit sta tus penitentie ad quem oꝫ quẽlibꝫ fidel' venire p cõtrictionem cordis cõfessioneꝫ oris ꝛ satisfactõeꝫ opis. q: Ezechie. 18. Im pius si egerit pniaꝫ ab oibꝰ peccatis suis que operatus ẽ. ꝛ custodierit oia p̃cepta mea. ꝛ fecerit iudim̃. ꝛ iusticiã vita viuet ꝛ nõ moriet. ¶ Per samariã qui iterpretat custodiens dom̃ vel cõiuncta dño in qua erat ciuitas sycar. Datur itelligi q exñs in penitentia oꝫ diuina p̃cepta inuiolabi liter custodire sic autem exñs in peniten tia ꝛ custodiens diuina p̃cepta ꝯiungitur domino in h mundo p gratiã. ꝛ in futuro per gloriam. ¶ Per p̃dium ꝭiue posses sionem q̃ꝫ iacob dedit Joseph filio suo in telligitur regnuꝫ celoruꝫ q. deus pr̃ dedit xp̃o filio suo vt det ipsum veris penitẽti bus q eis acquisiuit suo sanguine p̃tioso. ꝛ h est q dixit angelꝰ Luc. 1. Dabit ei do minus deus sedem dd patris sui ꝛ regna bit in domo Jacob in eternum ꝛ reꝰ eius on erit finis. ¶ Per fonte in aũt habẽ

tem aq̃ꝫ ꝑennẽ intellr habũdantia bonoruꝫ omniũ que ĩ celesti pr̃ia veris penitẽtibus largiunt̃. Nam iuxta illud. i. Cor. 2. Oculus ñ vidit nec auris audiuit nec in cor hois ascendit q̃ ꝓparauit ds his qui diligũt eum. sup fonteꝫ igit̃ plenitudinis eternoꝝ bonorum sedere xp̃s dicit̃ patus dare ea oĩbus fidelib9 suis. ꝛ h̃ est ꝙ ipse dicit Mat. 5. Uenite ad me oẽs qui laboratis ꝛ onerati estis ꝛ ego reficiam vos. ¶ Per sextaꝫ aũt horam in q̃ xp̃s sedet sup fontem dat̃ intelligi dieꝫ mortis. Nã dũ in h̃ mundo viuim9 eterna bona ꝑtici pare ꝑfecte nõ possumus. q: non possum9 deum clare videre. nam dñs dicit Exo. 33. Nemo videbit me hõ ꝛ viuet.

Secunda pars.

Equit̃. venit mulier samaritana ꝛc. vbi tãgit dignitatẽ deitatis excelse ꝙ ꝓbat duratio ꝑ̃ncipalis. Quia enim xp̃s hic se oñdit datorem gr̃e spiritus sancti signate ꝑ aq̃ꝫ hinc est ꝙ se verum deũ demõstrat habẽteꝫ dignitatem ꝛ dominiũ ꝑ̃ncipale in susceptõe ãt spũs sci inter alia aũt tria reqrunt̃. s.

Quod homo disponatur per gratiaꝫ preuenientem.

Qd instruat̃ ꝑ facũdiam inducẽtem

Qd alliciat̃ ꝑ sufficientiã excellẽtem.

¶ Secundum h̃ hic tria ꝯsidera. s.

Excitatiõem gratiosam.

Instructionem amorosam.

Comendatõeꝫ virtuosam.

¶ Quantũ ad primuꝫ dicit venit mulier ꝛc. vbi circa excitatiõeꝫ istaꝫ quattuor possumus cõsiderare. s.

Causam sufficientem.

Modum ꝯuenientem.

Temporis cõgruentiam.

Excusationis apparentiam.

¶ Quantũ ad primum venit mulier ꝛc. per istam enim mulierem alienigenam ꝛ incredulam venientem ad Christũ a quo erudiri meruit ꝛ ꝯuerti intelligitur generaliter eccl'a militãs de alienigenis ꝛ infidelib9 ꝓus exñtibus postmodũ vero conuersis ẽ generalr constituta vel spetialr vel exñs in pccõ mortali veniẽs ad verã penitentiã ꝛ reuertẽs ad xp̃ꝫ vt verificetur illud Ys. 55. Ecce gẽteꝫ quã nesciebas vocab. ꝛ gẽtes q̃ non nouerũt te ad te current. ¶ Quantũ ad mom cõuenientẽ dic. dicit ei yh̃s da mihi bibere ꝛc. xp̃s qdem q: nr̃as passiões volũtarie sumpserat ad lr̃am sitiebat ꝛ ideo petebat a mliere potum: sitis aũt xp̃i ꝛ postulatio pocli fuit. modus ꝯueniens excitãdi istam mulierẽ ad gr̃am. quia ꝑ ipsius siti datur intelligi eius ardẽs desideriũ ꝙ hẽbat ad salutem omniũ saluãdoꝝ. Nã iuxta. 1. Thy. 2. Ipse vlt omnes hoĩes saluos fieri ꝛ ad agnitõnem veritat̃ vẽire. ¶ Ista postulatio potus fuit figurata Geñ. 24. vbi siãliter dr̃ ꝙ cum seru9 habraã q̃reret spõsam ysaac filio suo ꝛ venisseꝫ in regionem mesopotamie ad quẽdaꝫ fontem. dixit ego sto ꝓpe fontem aq̃ ꝛ filie habitatoꝝ huius ciuitat̃ egredient̃ ad hauriẽduꝫ aq̃ꝫ igitur puella cui dixero inclina ydriã tuam vt bibam. ꝛ illa responderit bibe dñe ꝛ camelis tuis potum tribuã ipsa ẽ quem ꝓparasti seruo tuo ysaac. ¶ Ubi sciendum ꝙ in xp̃o fuerunt due nature. s. humanitas ꝛ dĩtas ratione humanitatis dici poterat seru9 dei ratiõe vero deitatis erat filius anima igitur hominis inquantũ xp̃s erat homo poterat dici eius soror quia simul in natura inquantuꝫ vero deus dicitur eius sponsa sub quo duplici significato ipsam alloquit̃ Christus Cañt. 5. d. Uẽi in hortum meuꝫ soror mea sponsa mea quo viso dicere possumus ꝙ per habraã pr̃ multaruꝫ gentiuꝫ dicitur: intelligit̃ deus pr̃. qui pr̃ est oĩuꝫ. ¶ Per ysaac auteꝫ qui interpretat̃ risus filium habrae intelligit̃ Christus quantũ ad deitatem qui fec̃ nob̃ risum ꝛ gaudiuꝫ quando venit in mũdum ꝛ nos a seruitute dyaboli liberauit per seruuꝫ autem ha

brae intelligit xp̄s quantū ad humāitaté
cui deus pr̄ dicit Jſ.49.Seruꝰ meꝰ es tu
Jſrl' quia in te glabor per meſopotamiaꝫ
etiaꝫ que interpretaẜ elleuata voce quadā
intelligiẜ hic mundus in quo fuit tunc el
leuatio vocis quando xp̄s in ipſo pſonali
ter ṗdicauit cui predixit deus pr̄ Jſ.59.
Clama ne ceſſes exalta vocem tuaꝫ.⁊ an
nūcia poplo meo ſcelera eorū ⁊ domui Ja
cob pecā eorum. ¶ Per filias autem re
giōis illius intelliguntẜ omnes anime ho
minum ꝯuerſantiuꝫ in h mundo quas ds
virtute ſua creauit p fontem autem ꝓpe
qꝫ ſtetiſſe dicitur quia de rebus mundāis
quantū neceſſitas requirebat accipere vo
luit: volens igitur xp̄s inquantū probaẜ
que anima ſit ſponſa eius inquantū deus
petit potum ab eis. Nam per potum aq̄
ſiti extinguentem intelligiẜ opera miſeri
cordie facta d rebus tēporalibus ſubleuā
tia inopiā egenorum igitur qui xp̄s petē
ti bibere ſe liberaliẜ offert dicendo ſibi ꝙ
non ſolum ipſe bibat ſed potum dabit ca
mel'.i.fidelibus indigentibꝰ talis eſt quē
deus pater filio ſuo ṗparauit in ſponſam.
Nam de talibus dicitur Mat.25.Sitiui
⁊ dediſtis mihi bibere.¶ Quantū ad tē
poris congruentiā dicit diſcipuli autem
eius.quia enim diſcipuli non erant pſen
tes a quibus poſſet petere. ⁊ ſuperuenit
mulier Chriſto ſitiēte haurire aqꝫ ideo
fuit tempus congruū ꝙ ab iſa potum pe
teret.¶ Quantum ad excuſatiōis appa
rentiam dicit.dicit illi mulier ⁊c.vbi poni
tur primo excuſatio.ſecundo excuſatiōis
ratio.¶ Quantum ad primum dicit:diē
ei mulier.ſecundum enim Criſo.h mulr
Chriſtum iudeuꝫ exiſtimauit.⁊ figura ꝓ
pter fymbriam ⁊ locutio.⁊ ideo dicit quo
modo tu cum iudeus ſis ⁊c.¶ Quantuꝫ
ad excuſationis rationem dicit non enim
coutuntur iudei ⁊c. Nam ſamaritani ſe
cundum Criſo.ſemper infeſti fuerunt iu
deis reuertētibus de captiuitate.⁊ ſicut dr̄
in eſdra impediebant eos hedificare tem
plum.⁊ ideo licet iudei vitarent omnes
alias nationes ſpecialiter iſtos vitabanẜ.
⁊ ideo quo vtebantur cū eis.¶ Quantuꝫ
ad ſecundum dicit reſpondens yh̄s ⁊c.ad
h enim ꝙ veritas doceatur oꝫ ꝙ amoueā
tur dubia oppoſita veritati q̄ vt amoueā
tur debet doctori veritatis proponi.ſecū
dum h igitur hic duo poſſumus cōſide.ſ.
Eruditionem viridicam.
Dubitationem propoſitam.
¶ Quantum ad primum dicit reſpondit
yh̄s ⁊c. Jn qualibet enim ordinata petitō
ne que debet effectum habere tria debēt
concurrere.ſ.
Ex pte illius a quo petiẜ poª.
Ex pte petentis indigentia.
Ex parte petiti ſufficiētia.
¶ Quod tria tāgit xp̄s i iſta ſua doctrī
na.¶ Primo enim tāgit Chriſti dantis
potentiam cum dicit ſi ſcires donum dei
⁊c.Nam ipſe eſt ille de quo dicitur Eccl'.
43.Jpſe enim ē oꝑs ſuper omnia opera
ſua terribilis dominꝰ ⁊ magnus vehemē
ter ⁊ mirabilis potentia eius. ¶ Secun
do tangit petentis indigentia cum dicit
forſitā petiſſes ab eo.Nam nullus petit
ꝙ poſſidet ſed ꝙ non habꝫ.⁊ ideo omnis
petens inquantū petens indigēs dici po
teſt. ¶ Tertio tangit petiti ſufficientia
cum dicit.⁊ dediſſet tibi aqꝫ viuam per
iſtam aqꝫ viuam intelligiẜ gratia ſpiritꝰ
ſancti.que animā mortificatā per culpam
viuificare.que gratia in ſcriptura alñ dici
tur aqua.alñ ignis.Nam aqua dicitur.qꝛ
inſtar aq̄ ſufficit ad purgandum.refrige
randum.⁊ cōtinuandum. ¶ Ad purgan
dum inqꝫ quia eſt purgatiua culpe de q̄
dicit Eze.36.Effundam ſuper vos aqꝫ mū
dam ⁊ mūdabimini ab omnibus inquina
mentis veſtris. ¶ Ad refrigerādū etiā.
qꝛ refrigerat ab eſtu cōcupiᶜ de q̄ ꝓuer.
25.Aqua frigida anime ſitienti nūcius bo
nus de terra longinqua. ¶ Ad cōtinuan

dum nihilominus q: per ipsam homo pse uerat i opib⁹ virtuosis. et ideo dr aqua viua. ¶ Dicitur etiã ignis q: instar ignis. qui h3 illuminare inflãmare et molia fortificare. ¶ Habet illũinare inte^m ad cognoscendum inflamare affectũ ad diligédu3 roborare effectũ ad operãdum. ¶ De ps. Expãdit nubem in ptectionem eorũ. et igne3 vt luceret eis p noctem. de 2º Exo. 24. Erat spẽs glẽ dñi quasi ignis ardens sup vertice3 montis. De 3º Luc. 12. Igne3 veni mittere in terrã. et qd volo nisi vt ardeat. q. d. diuina grã in hoie nõ ociat. sed semp fac ipm meritorie operari. ¶ Quãtum ad dubitatõem ppositam dicit. dicit ei mulier etc. vbi Aug. Uidere quõ intellexit mulier aq̃3 viuam. s. q̃ erat in illo fonte. q. d. tu mihi vis dare aq̃3 viuam et ego fero vñ hauriã. et tu ñ fers. d hac ergo aq̃ viua mihi dare nõ potes. q: adiutoriũ nõ hẽs. nec etia3 alio fonte dare nõ potes q: tu nõ es maior patre nostro Jacob qui dedit nob istum puteũ. ¶ Spiritualiter ãt loquẽdo per istum puteum vel fonte3 Jacob intelligit sacra scriptura nã sacra scriptura instar putei alti est.

Alta profunditate.
Magna auctoritate.
Delectabil' suauitate.
Fecũdissima vbertate.

¶ Pro primo dicitur. d ipsa illd Eccli. 7. Alta profunditas quis inueniet eam. De secundo Eccli. 2. Fons sapi^e. verbu3 dei in excelsis. Pro 3º ps. Inebriebũt ab vbertate domus tue. et torrẽte voluptatis tue potab eos. Pro quarto dicitur Geñ. 29. Quod Jacob vidit in agro puteum tres q3 greges ouium acubantes vbi Origẽ. Mistice autẽ fons Jacob scripture sunt si quid instructi in scripturis bibunt vt Jacob et filij eius. simplices autẽ et rudes bibunt more peccatorum Jacob. ¶ Quãtum ad tertiu3 dicit respondit yhs etc. Nã illa res est cõmendabilis que satiat appetitum hominis et ipsum reddit securum. et secundum h aqua q̃3 xps huic mulieri promisit dupliciter cõmendatur. s.

Satiat habũdanter.
Collocat excellẽter.

¶ Quantũ ad pmũ dicit respõdit yhs etc. Nam per istam duplicem aq̃3 quarum vna sitim affert. alia3 vero non: intelligũtur temporal's diuitie que nõ satiant. sed potius maiorem sitim inducũt. Nã Eccli. 5. Auarus non iplebitur pecũia. et q amat diuitias nõ capiet fructu3 ex eis. ¶ Per aq̃3 aute3 que sitim aufert intelligit diuina gratia pducens ad gloriam vbi perfecta satietas reperit de qua ps. Satiabor cũ apparuerit gl'a tua. ¶ Q^m ad excellẽtem collocatiõe3 dic. s3 aq̃ q̃3 ego dabo ei fiet in eo fons aq̃ salientis in vita3 eternã ex predictis igitur p3 q aqua spũal' hab3.

Singularem effectum.
Singularem ortum.
Singularem motum.
Singularem scitum.
Singularem fructum.

¶ Primo h3 singularem effectu3. et ideo dicit. qui biberit ex ea nõ sitiet in eternũ. eius effectũ cognoscẽs ps. d. Super aq̃3 refectõis mee educauit me animãmeam cõuertit. ¶ Secũdo h3 singularem ortũ. et ideo dicit aqua q̃3 ego dabo ei. Nam h aqua h3 ortũ a xpo de q̃ sap. sitierũt et inuocauerũt te. et data ẽ ill' aq̃ d petra altissima aq̃ et reges sitis de lapide duro. ¶ 3º h3 singl'arẽ motũ. et id dicit q fiet i eo fõs aq̃ salient3. nã aq̃ spũal' dr supius ascẽdere. q: hoie3 supius ascẽdere fac. vt iuxta illd gñ. sit sps q ascẽdbat d terra. ¶ 4º h3 singularẽ scitũ id dic fiet i eo. nã aq̃ spũal' satiat i hoie. iuxta illd nũeri. 5. Sit aq̃ scã i uase fictili. i. i hoie terrẽo. ¶ 5º h3 singl'arẽ fructũ. et id dic q ẽ aq̃ salie3 i vitã eternã. Nã p istã hõ mundat et sic mũdat⁹ ingredit vitã eternã. q: Mat. 5. Bti mũdo corde qm ipsi deum videbũt.

Tertia pars.

Equit̄ dic̄. Dicit autē mulier ad
s cum ⁊c. vbi tangit largitatē li
beralitat̄ imēse: ꝙ probat exhi
bitio curialis. q: enim xp̄s huic mulieri cum aqua peteret non negauit. sed sibi dixit ꝙ solum virum vocaret vt sic debito modo aquam acciperet. hinc est ꝙ nobis ostenditur liberalis. hic autem quattuor considera. s.

Petitionē sufficientem.

Monitionem conuenientem.

Excusatōem appentem.

Expressionem euidentem.

¶ Quātum ad primum dicit. dicit ei mulier ⁊c. Illa enim mulier cum audisset a xp̄o ꝙ si petisset dedisset sibi aquam ⁊ ꝙ q bibisset ex illa non sitiret in eternum. volēs pēas corporales vitar̄ ſm Augu. Istam aquam petebat. ¶ Quantum ad secundum dic̄. Dicit ei yh̄s. vade ⁊c. Nā ſm illud .i. cor. ij. Caput mulieris est vir: ⁊ ideo ad virum pertinet mulierem instruere. vt igit̄ xp̄s ostenderet ꝙ vir non erat docendus per mulierem sed econtrario. iō dic̄ ſm Augu. Vade ⁊ voca virum tuum ⁊ veni huc. ¶ Qm ad 3m dic̄. rn̄dit mulier ⁊c. Nam illa mlr̄ qm ad v̄itatem: tunc non hēbat vir̄ legitimū: lz hēret amasiū. ⁊ iō ſm appent̄ se voluit excusare. ¶ Qm ad 4m rūdet yh̄s bene dixisti ⁊c. xp̄s qdē audiēs excusatōem hui9 mlieris ⁊ cognoscēs q̄lr̄ loq̄bat̄ ipā redarguit ſz Criso. oñdēs ei9 turpitudinē ⁊ suos enumerās viros. ¶ Sciē. ē loq̄ndo sp̄ūalr̄ ꝙ vir ⁊ spōsus p̄ncipal' aie ē xp̄s. amasi9 aūt ei9 ē dyabol9. s. āt viri q̄s illa mlr̄ dr̄ hūisse. s. sensus corp̄is. vn̄ Aug. vr̄ āt mihi. s. viros p̄ores aie nos posse accipe. s. sensus corp̄is. an̄ ei ꝙ qs possit vti rōe nō regit̄ nisi sensib9 carnis. ¶ Isti pn̄t figurari p q̄nq3 talēta d̄ qb9 dr̄ Math. ꝙ dn̄s qdā tradit seruo suo. s. talēta vt lucraret̄ d̄ ipsis vt sic qn̄ dn̄s faciet rōnē cū ipo possit dīce dn̄e. s. talēta tradidisti mihi. ecce alia. s. superlucratus sum. ⁊ sibi possit dīce dn̄s eius ꝙ seq̄tur. euge serue bone ⁊ fidelis: q: in pauca fuisti fidelis: supra mlt̄a te ꝯstituam intra in gaudium dn̄i tui. ¶ Ista autem. s. talenta. i. s. sensus corporis: lucratur ipos domando ⁊ subiciendo rōni: si āt homo nolit ipsos domar̄. sed sequi d̄lectatōes ipsorum post istos. s. viros sequitur vnus amasius. s. dyabolus ip̄m in iferuū deducens. nam lz in iuuentute regnat sensus in homine. tamen cum ad senectutē peruenerit incipiunt ad debilitatem venire. post quos relinquitur aie peccatrici vir illegitimus. s. dyabolus. cū quo eternaliter copulabit̄ in iferno.

Quarta pars.

Egtur. dic̄ ei mlier. dn̄e vt vido
s pp̄ha ⁊c. vbi tāgit dubietatem
claritat̄ ōn̄se. ꝙ p̄bat eruditio
sp̄ūal'. Nā illa mlier vidēs ꝙ xp̄s occulta sibi pādērat credēs ex h̄ ip̄m sapientē. iō tanq̄z sapiēti vnā dubitatōem p̄pōit vt ipsam declaret. In oī āt dubitatōe si solui pfecte debeat: q̄ttuor reqruntur. s. ꝙ dubitatio debito mō p̄ponat̄. ꝙ clare dissoluat̄ ꝙ solō acceptetur vel reprobetur. ꝙ si reprobat̄ vlterius declaretur. ſm h̄ igit̄ hic q̄ttuor possum9 ꝯsiderare. s.

Ordinatā p̄positōem.

Explicatam solōnem.

Impfectam adhesionem.

Ratificatā ꝯfirmatōem.

¶ Qm ab pm dic̄. Dic̄ ei mlier ⁊c. Si eiz aliq̄ dubitatō dz ordiate p̄poni inter alia duo reqrunt̄. s. sciēti dissoluer̄ p̄ponatur. ⁊ ꝙ motiuum vtriusq3 partis fideliter adducatur. ⁊ ſm hoc hic duo possumus ꝯsiderare. s.

Dissoluentis sufficientem habitum.

Proponētis cōuenientē modum.

¶ Qm ad pm dic̄. Dic̄ ei mlier ⁊c. De ratōe ei p̄ph̄e ē hr̄e habitū cognitiuū cui9 p̄priū est oculta ⁊ secreta nunciare. Unde

propheta olim dicebatur videns. ¶ Quia igitur xps isti mulieri aliqua secreta nūciauerat .s. de viris quos habuerat. & quem habebat ad p̄sens ideo ipsum dixit esse ꝓphetam. ¶ Quantū ad ꝓponentis cōuenientem modum dicit p̄res nr̄i &c. inter iudeos & samaritanos erat disceptatio d̄ loco in q̄ deus adorari deberet. h̄ aūt interrogādo p̄mo arguit pro samaritanis. d. p̄res nr̄i i monte h̄ adorauerūt ex quo sic arguit ille est acceptior ad adorādū in quo adorauerunt p̄res nr̄i sed ipi adorauerūt in monte gariti in quo samaritani adorant ergo per p̄res illos intelligunt secundū Criso. Qui fuerūt circa habraā in quo. etiam dr̄ habraā ymolasse filium suū ysaac. ¶ Secūdo arguit ꝓ iudeis. d. vos dicitis q: ierosolimis ē locus in quo adorare oꝫ. ex quo sic arguit ille locus vr̄ aptior ad adorādū ī quo iudei adorāt qui se dn̄t illuminatos a deo. sed huius ē mons syon in quo ē templum. q. ē in ier^m ergo. ¶ Quantū ad secundū dicit. Dic ei yh̄s &c. lꝫ eniꝫ illa mlr̄ so^m mentioneꝫ fecerit d̄ duplici adoratiōe s. samaritanoꝝ & iudeorū. tamen loquēdo generaliter tres sunt adoratores. s̄m tria genera hominū adorantiū. Naꝫ qdaꝫ sunt gentil's signati per samaritanos quidam iudei legem Mosaycaꝫ obseruātes. Quidam xp̄iani legem euāgelicā profitentes. ¶ Adoratio igitur samaritanorū erat in monte gariti. adoratio iudeorum in loco digniori. Adoratio vero Christianoꝝ loē corporalē nō querit & h̄ est nobilissima q̄s qdeꝫ tres mōs adorādi xp̄s hic insinuat vbi tria possumus ꝯsiderare. s.
Argumentoꝝ interrogatiōem.
Populorum cōparationem.
Quesitorum declaratōeꝫ.
¶ Quantū ad primuꝫ dicit rn̄dit ei yh̄s &c. Nam h̄ mlr̄ fecerat mentiōem de adoratione samaritanoꝝ in gariti & iudeoꝝ in ier^m quaꝝ neutra erat pfecta adoratio nō aūt fec̄ mentionem de adoratiōe xp̄ianoꝝ que inter oēs est pfectissima. & ideo argumenta sua nō tangebāt questiōeꝫ quantuꝫ ad illud q̄ cōueniebat pfectam veritateꝫ ꝓpter q̄ xp̄s intermitit ipsa. d. quia nec in monte &c. & per ꝯñs inuit aliū tertium modum. ¶ Quantū ad populorū cōparationeꝫ dic̄ vos adoratis &c. Quia illa mulier i argumētis suis inuerat duos pplos diuersimode adorātes quorū cōparationē xp̄s ad inuicem faciens iudeos samaritanis p̄heminet quoꝝ p̄heminentiā rationē tali deduc̄. cognoscētes pfectius q̄ȝ ignorantes sed nos iudei adoramꝰ q̄ scimus. vos aūt samaritani adoratis q̄ nescitis ergo nescitis in q̄ȝ q: deum ab ydolis non discernitis. ¶ Quantuꝫ' ad quesitorum d̄claratiōem dicit sed venit hora &c. postq̄ȝ enim xp̄s ostendit q̄ oratio illorum duorum populoruꝫ nō erat perfecta. licet melior esset oratio iudeorum secundū Criso. hic declarat orationem xp̄ianorū esse perfectissimam. qui locuꝫ corporalem nō querunt. ideo veri adoratores dicūtur. homo autem in adorando oꝫ q̄ sit. Ordinatꝰ in affectu. Illustratus in intellectu. Affectꝰ ordinatur caritate. Illustratur intellectꝰ veritate. ¶ Quantū ad ordinationem affectus q̄ caritateꝫ dicitur q̄ adorant i spiritu. Nam licet d̄us trinitas essentialiter sit amor & caritas iuxta illud Io. 4. Deus caritas est & qui manet in caritate in deo manet & d̄us in eo. tamen sp̄ui sancto caritas applicat̄ & amor vn̄ Apostolꝰ Caritas dei diffusa est in cordibus vestris p spiritum sanctū qui datus est vob. ¶ Cū igitur ista caritate spiritꝰ s. d̄bemꝰ adorare. ¶ Quantū ad illustratōem intellectꝰ per veritatem dicit. & qui adorant in veritate ista āt veritas que requirit̄ in adorādo pōt quadrupliciter ipediri. s. Per errorem depravātem. Per figuram oculrā teꝫ. Per oppositōeꝫ deficiētem. Per intētionem obliquātem. ¶ Pꝰ per errorē depravāteꝫ vn̄ theologꝰ. Q: mlt̄i putāt s̄m

spūm .i. animā adorat nō rectā de deo opi
nionem habētes vt heretici. pp qꝫ addit
et in veritate. ¶ 2° impedit p figurā occul
tantem vñ Criso. In veritate oꝫ adorare
qꝛ priora figª erant .s. circōcisio holocausta
nunc aūt tom est veritas. ¶ 3° ipeditur p
operatiōem deficiētem vñ Criso. dicit ve
ros aūt adoratores q vltra h qꝫ orant age
re n cessant vñ Criso. dicit aūt veros ado
ratores ad differentiā falsorū. quoniā qui
dem sunt falsi adoratores qui tēporalia et
caduca querunt in oratōe. vera aūt adora
tio pōt per adoratōem dañ. de quo sñialr
dr Dañ. 6. Quod cū vellet orare igressus
est domū suā. et fenestris aptis i cenaculo
suo cōtra ierm tribus temporibus in die
flectebat genua et cōfitebatur corā dō suo.
¶ Ubi sciēdū qꝫ per dañ. q ab angelo vir
dsideriorū est dictꝰ Dañ. 9. intellr quilibꝫ
xpianus duotus q totis viscerībꝰ oꝫ desi
derare xp̄m. d. cū ps. Quemadmodū desi
derat ceruꝰ ad fontes aquarū ita dsiderat
aīa mea ad te ds: iste igit volens adora
re dom. domū suaꝫ .i. examinare ꝯscientiā
et tēporali strepitu elongari. iuxta illd xp̄i
Mat. 6. Tu autē cum oraueris intra in
cubiculuꝫ tuū. et clauso hostio ora p̄reꝫ tuū
in abscōdito oꝫ autem cōtra ierm aperire
fenestras .i. vires anime p quas ad aīaꝫ
mors vel vita intrat. istas aperire oꝫ con
tra ierm que visio pacis dr .i. ad pacem di
que exupat omneꝫ sensuꝫ. qua ꝑducimur
ad visionem beatā. debent aūt aperiri tri
bus in die .s. mane dum nascitur meridie
dum ꝑtenditur. et vespere dum morit. vt
dicat cum ps. Benedicam dom in omni
tempore semper laus eius in ore meo.
¶ Quantū ad tertium dicit. dicit ei mu
lier scio &c. mulier enim illa vel quia xp̄s
non determinauit questionem ad placitū
eius pro samaritanis. vel quia xp̄s alte lo
cutus fuit per respectū ad intellectuꝫ mu
lieris que nūdum erat exercitata in spiri
tualibus. non fuit cōtenta totaliter de ra
tione xp̄i sed solutiōem q̄stionis alteri .s.
messie reseruauerit. ¶ Quātū ad quartū
dicit. Dic ei yhs ego sum q loquor tecum
&c. Nam xp̄s vidēs hāc mulierē de aduē
tu messie certā. d seipso vere dubiā seipꝫ
familiariter s̄m Criso. Manifestat se. d.
fore messiam.

Quinta pars.

Equit. et ꝯtinuo venerūt discipu
s li &c. vbi tāgit sedulitatē carita
te intense qꝫ ꝓbat affcō singula
ris. Quia igit xp̄s in mūdum venerat vt
deuios reuocaret ad pniam pccōres. hinc
ē qꝫ ex caritate q̄ꝫ ad genus hūanū hēbat
omniū desiderabat et ꝓcurabat salut. in cō
uersione autem aliquorū distantiū a veri
tatis via inter alia q̄ttuor requirunt. s.
Magister erudiens.
Nūtius deferens.
Populus audiēs.
Minister exequens.
¶ Magister fuit xp̄s nūtius mulier po
pulus samaritani minister cetꝰ apostolo
rum. s̄m h igitur lꝫ nō eodeꝫ ordine quat
tuor possumꝰ ꝯsiderare. s.
Ministrū humilitatis ꝓfunde.
Populum capacitatꝭ digne.
Magistrū veritatis clare.
Nūcium celeritatis ꝓmpte.
¶ Quantū ad primum dicit et ꝯtinuo ve
nerunt discipuli. Discipuli quidem xp̄i
dici possunt mistri xp̄i p̄ncipal' magistri
qꝛ illō qꝫ xp̄s illos docuit alios fideliter
docuerūt hic aūt quantū ad istos duo pos
sumus ꝯsiderare. s.
Stuporem vehemētem.
Timorem reuerentem.
¶ Qm ad pm dic. et ꝯtiuo &c. Naꝫ cū disci
puli q ierāt ad ciuitatē. vt cibos emerēt
fuissent ad xp̄m reuersi et inuenissent som
loquētem cū sola q̄ facere nō cōsueuerat
admirati fuerūt non aūt malum suspican
tes vñ Criso. Admirabant quideꝫ sup ha
bundantem xp̄i māsuetudinem. et hūilita

tem quoniá ita ꝓspicu⁹ existens sustinuit loqui cum tanta hũilitate mulieri inopiꝰ.
¶ Quantũ ad timorem reuerẽtem dicit Nemo tñ dixit ꝛc. discipli ex timore reuerentie lz mirati fuerint ei⁹ hũilitate tamẽ ipm de verb q̃ mulieri dixerat noluerũt interrogare. vt verificatum de ipis illud Mar .12. Et nemo iá audebat iterrogarꝛ.
¶ Quantũ ad sm reliqt ergo ydriaz ꝛc. vbi tria possumus ꝯsiderare. s.
Actum cõgruentem.
Affectum illustrãtem.
Mo^m excitantez.
¶ Quantũ ad p^m dic reliqt ergo ꝛc. act⁹ enim ꝯueniens alicui⁹ nũcij xpi ẽ vt ipsi⁹ exẽplo tẽporalia contẽnat. iuxta quem discipulis dixit Luc. x. Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare saccũ neqꝫ perá. hanc igiꝛ mulierez aplis assimilãs in h facto sm Criso. dicit ꝛ sic apli vocati dimiserũt retia. ita h dimisit ydriá repiꝛ aũt q̃druplex ydria. s.
Voluptatis ꝛ concupiscentie. ꝛ h est relinquenda.
Claritatij ꝛ sapi^e. ꝛ h ẽ inclinãda.
Capacitatis rationalis anime. ꝛ h est dilatanda.
Venustatij adornãtij grẽ. ꝛ h ẽ effundẽda.
¶ De pma Eccli. 18. post cõcupiscentias tuas non eas ꝛ a voluptate tua auerte.
¶ De scda dz se declinare ad alios docendum vt possit sapi^a sua dre illud Sap. 7. Quá sine fictõe didici ꝛ sine inuidia cõico ꝛ honestatẽ illius nõ abscondo. ¶ De 3ª dicit dilata os tuũ. i. animá tuam. ꝛ iplebo illd in ps. ¶ De quarta dic beat⁹ Jaco. in ca. sua. 4. vnusquisqꝫ sicut accepit grãz in alterutruz illam administrantes sicut boni dispensatores multiformis grẽ dei.
¶ Quantũ ad effectum illustrãtem dicit ꝛ abijt in ciuitatem ꝛc. Nam illa mulier aliqualiter illuminata a xpo voluit etiaz alios huius illuminatõis esse participes quos scdm Criso. generalr diciꝛ iuitasse.

¶ Quantũ ad modum excitantem dicit. Nunquid non ipse est xps. Nam cũ xps expectareꝛ etiam samaritanis habentes libros Moy. in quib⁹ saluatoris expectabant aduentus hinc est q mulier opinionem de xpo fecit poplo vt ipsos secundũ.
ad eundum ad ipsum fortius aniaret. ¶ Quantũ ad tertium dicit exierunt de ciuitate ꝛc. postq̃z enim ciues sycar audierunt a muliere magna de xpo ꝛ sub dubio ponentem vtrum esset xps venerunt ad ipsum vt cognoscerent veritatem.
¶ Quantũ ad quartum dicit interea rogabant eum discipuli ꝛc. quia enim discipli de aliquo q xps dixerat significatiuo ꝛ caritatem ipsius circa salutem hominũ ne ipsorum animus in suspenso maneret hic eis dbuit explicare scdm h igitur hic quattuor possumus ꝯsiderare. s.
Ardentis desiderij ꝓpalationem.
Audiẽtis collegij dubitatõem.
Figurãtis elloquij expositõem.
Promerentis exercitij temeratõem.
¶ Quantũ ad primuz dicit interea rogabant eum ꝛc. vbi duo ꝯsidera. s.
Propalationis occasionem.
Dilectionis expressionem.
¶ Quantuz ad primum dicit interea rogabant ꝛc. Nam discipuli volebant dare Christo cibos coram aliemgenis. ꝛ quia recesserat i^a. ꝛ credebant q ꝓpter dictum mulieris ad ipsum illi de ciuitate venirẽt rogabant vt in illo tempore intermedio manducaret. ¶ Quantum ad dilectõis expressionẽ dicit ille autem dixit eis ego cibum ꝛc. sicut enim homo exuriens cibũ corporalem desideraꝛ sic Christus humani generis salutem desiderabat. Nam ipse vult omnes homines saluos fieri Tyh. 2. ¶ Quantum ad audientis collegij dubitatõem dicit. dicebant ergo discipuli ꝛc. Nã discipuli nũdum ꝑfecte illuminati illd q xps dixerat d cibo nõ intellexerant nisi d cibo corporali. ꝛ pp h dubi

tabant si aliqs ei talem cibū portassz. Ná ipse alīn recipe cibos oblatos solebat cuiº triplex ratio ꝺm Theoᵐ assignatur pmo ꝓpter meritū afferentiū. 2º ꝓpter discipulorum exᵐ. 3º propter extollens magisterium. ❡ Quantū ad figurantẽ elloquij expressionem dicit. Dic eis ꝩhs cibº ⁊c. xps quidem cognoscēs ꝙ discipuli illud ꝙ de cibo intelligebát de cibo corporali ne ipsorum animº remaneret dubius expōit eis ꝙ intelligebat de cibo spūali qui cibus ē cōuersio ⁊ salus humái generis. ꝓpter ꝙ pr̄ misit in mundū. ❡ Quantū ad ꝯgruētis indicij manu ductōez dic. Non ne vos dicitis ⁊c. Nam xps volens p corporalia dare inteᵐ de spūalibus ipsos sensibiliter manu duc. vbi duo ꝯsidera. s.

Methaphore ꝓpositionez. d. leuate.

Ipsius applicatōez. d. Ecce dico vob.

❡ Leuate oculos vr̄os ⁊ videte regiōes i. samaritanos. q: albe sunt. i. q: ꝺm Cris. Quia ꝓpinqui sunt vt cōuertantur spūaliter aūt homo dꝫ leuare oculos suos ad quattuor. s. Ad seipꝫ p internā considerationem. Ad deū per deuotā orationez. Ad proxiᵐ per largā subuentiōem. Ad ceᵐ p optatam puentionem. ❡ De pmo Jere. 2. Uide vias tuas in cōualle scito quid feceris. De scḋo ps. Ad te leuaui oculos meos q habi. in celis. ❡ De tertio Jere. 21. Leuate oculos vestros ⁊ videte qui veniunt ab aqlone. i. ab aduersitate. q: Prouer. 18. Frater qui iuuat a fratre quasi ciuitas firma. ❡ De quarto Js. 51. Leuate oculos in ceᵐ. ⁊ videte. ❡ Quātū ad 5ᵐ dicit q metit mercedez accipit ⁊c. vbi duo considera. s.

Repromissionem pmij.

Uerificatiōem prouerbij.

❡ Quantū ad primū dicit qui metit ⁊c. vbi duplex pmiū possumº cōsiderare. s.

Datum meritis ꝓprijs.

Acceptū ex cōsortijs mutuis.

❡ Quantū ad primū dicit. ⁊ q metit ⁊c. Nam ds de ꝯgruo remunerat hoīes ꝺm opera sua ⁊ vltra vn̄. i. Cor. 3. Unusqsqꝫ ꝓpriam mercedem accipiet ꝺm suū labo rem. ❡ Quantū ad fructuꝫ acceptū ex cōsortijs mutuis dicit. ⁊ qui seminat simul ⁊ gaudet ⁊ q metit. Metēs qdez spūaliter gaudet nō solus sed sil' cum eo q seminauit vt apoli cuꝫ ꝓphis vnde Criso. ꝓphe enim sunt q seminant sed nō illi messuerūt sed apli. ❡ Quantū ad verificatiōem prouerbij dic in hoc enim ē verbum verū ⁊c. vbi. Primo pōit ꝓuerbij rememoratōem d. In h ⁊c. Secundo ipsius verificatōez. d. ego missi vos metere ⁊c. vbi Criso. sed ⁊ h secundo iste hꝫ maxime veritatez. quia prophe laborauerūt sed fructus eorum laboribus messuimus.

Sexta pars.

Ex quit ex ciuitate aūt illa ⁊c. vbi tangit vniuersalitatez ciuitatis cōuerse. ꝙ ꝓbat duotio populaeris. q: enim samaritani fidē verā penitus ignorabát iō fuit necessariū ꝙ ab aliquo docerent. fuerūt autem docti a muliere instrumétalr̄ nūciáte. ⁊ a xpo principalr̄ pdicante. ⁊ ꝺm h hic duo possumº ꝯsiderar. s.

Nuncij deserētis loquellá inducétez.

Xpi pdicantis doctrinā excellētem.

❡ Quantū ad primū dicit ex ciuitate aūt iª ⁊c. vbi tria possumº cōsiderare. s.

Habitū fidei generatū.

Signū euidens demonstratū.

Xpm doᵐ inclinatum.

❡ Quantū ad primū dicit ex ciuitate aūt iª. Nam samaritani audientes huius mulieris testioᵐ psertim cuꝫ reꝑhensa fuissꝫ ab ipo de cōcubinario credētes secunduꝫ Aug. ꝙ ipm n̄ cōmēdassꝫ nisi esset dignitatis ⁊ excellētie magne cum naturalr̄ que reprehendunt ab aliquo ipm nō consueuerunt comēdare ipsiº dictis firmiº crediderunt. ⁊ iō dr̄ ꝙ crediderūt in euꝫ. ❡ Quātum ad signū euidens demonstratū dicit. Cū ergo venissꝫ ⁊c. vbi duplex sigᵐ fidei

ostenderunt. vnum quia venerunt. aliud q: rogauerūt vt apud eos maneret. ¶ Q^m ad dominum inclinantem dicit. Et mā sit ibi duos dies. Nam Christus tanq̄ pius & benignus videns samaritanoꝝ deuotōez & fidem assensit eis d mora. ¶ Q^m ad 2^m & multo plēs ꝛc. Naȝ sicut adueniēte maiori lumine minus obfuscari videtur vt sicut adueniente sole nō apparet lux stellarum. Sic xp̄o docente q̄ est lux & veritas quelibȝ āt doctrina in eius compatōne vilescit. lȝ igitur pp dictum mulieris multi crediderunt: tñ xp̄o p:edicante crediderunt q̄plures. vnde subdī. & multi dicebant q: non pp tuam loquellam credim⁹: ipsi enim audiuimus & scimus q: hic ē vere pp̄heta vel saluato: mundi. vbi Samaritāi in ista ꝯfessiōe ondunt in xp̄o tria. s.
Entitatē vigo:osam.
Dignitatē generosam.
Uniuersalitatem fructuosam.
¶ Q^m ad p^m dicunt h̄ ꝛc. Nam ip̄e ē d quo dr̄ Baruch. 3. Hic est ds noster & nō estimabit̄ ali⁹ ad eum. ¶ Q^m ad entitatem vigo:osam. dicunt est vere. Nam ipse realiter & veraciter habȝ perfectissimaȝ entitatē. q̄ cognoscēs cēturio dixit math. 27. Uere filius di erat homo iste. ¶ Q^m ad vniuersalitatem fructuosam. dñt saluato: mundi. Nam xp̄s yh̄s non tm̄ fuit saluato: vni⁹ ppl'i: sed totius generis hūani iuxta illud q̄ angelus nunciauit pasto:ibus Luc. 2. d. Euangelizo vob̄ gaudiū magnum q̄ erit omni ppl'o: q: natus est nob̄ saluato: qui est xp̄s dn̄s in ciuitate dd. de quo beatus Johan. in cañ. sua. d. Nos inquit vidimus & testificamur. quoniam pater misit filium suum saluato:em mundi. Nam nō solum tēpo:aneam salutē nobis tribuit sed eternam. q̄ cognoscēs apl's dicit phy. 3. Saluato:ē expectam⁹ dn̄ȝ yh̄m xp̄m q reformabit co:p⁹ humilitatꝭ nr̄e ꝯfiguratū co:pi claritatꝭ sue. Ad q̄ ꝯfo:matōem ille nos ꝛc.

¶ Sabbato dñice tertie in q̄dragesima.

Erexit yh̄s in montē Oliueti & diliculo iterum vēit in templuȝ ꝛc. Jo. ¶ Inter alia enim que requiruntur in aliquo bono magr̄o sunt tria. s. q̄ sit solicitus in docendo. Sagax in respondendo & rectus in determinando. ¶ P^m requirit diligētiam. Scd̄ȝ prudentiam. 3^m iusticiaȝ. Q: vero iniuste sentētiando dȝ āneeti mia pp cōnectōnem ipsarum: q: iuxta illd p̄s. Misericordia & veritas obuiauerunt sibi. iusticia & pax osculate sunt. Docto: exemplo xp̄i dȝ per misericordiam q̄ per iusticiam. Nam sic dr̄ Jaco. 2. Judiciuȝ sine misericordia fiet ei q nō fec misericordiā. Misericordia āt pōt alicui q̄drupl'r exhiberi. ¶ Primo p:em pene dbite dimittendo. & de hoc hr̄ Luc. 6. De vilico q̄ debito:ibus dñi sui dimisit debitum. ¶ 2° p reo aliquo preces porrigendo. vt habet̄ de Moab. ad dd p Absalon. 2 R. 14. ¶ 3° inocenteȝ accusatū defendendo. vt habet̄ Dañ. 11. de Dañ. excusantem Susanam. ¶ 4° vnam totaȝ penam relaxando: vt habetur Math. 18. de seruo qui debebat domino. 10. talento:uȝ. & iste minus magis perfectissimus peccato:i q̄ xp̄s largiter circa mulierem adulteram tenuisse in hoc euangelio in q̄ euāgelista q̄ttuo: tangit. s.
Sedulitatem erudientem veratius.
Peruersitatem explo:ātem malignius.
Sagacitatem rn̄dētem solertius.
Precipitātem idulgētē bēigni⁹.
¶ P^m pbat istructō pmitiua. 2^m petitō tēptatiua. 3^m solō cōfusiua. 4^m rn̄sio ꝯpletiua. p^m i p̄n. 2^m ibi. adducūt āt scribe ꝛc. 3^m ibi. p⁹ āt iclinās se ꝛc. 4^m ibi. erigēs āt se yh̄s. Prima pars.

Circa hanc ad p^m vbi tāgit ꝛc. q̄ pbat ꝛc. dic̄ prexit yh̄s ꝛc. mox q̄d xp̄i erat stār d die in templo vt

ppl'm vẽiẽtẽ doceret b'm Alcimiũ. Q: vo in ciuitate ista nõ inueniebat hoies deuotes recipiẽtes eũ hospitio ibat in bethaniam ad Lazarũ & sorores ei⁹ q̃ sita erat in monte Oliueti. h ãt. 5. considera .s.
Magistrũ sufficiẽtem.
Locũ conuenientem.
Horã congruentem.
Cetum audientem.
Actũ euidentem.
¶ Q^m ad p^m dr̃ q̧ qdẽ xp̃s fuit magr̃ sufficiẽs: iuxta q̧ d̃ seipso dic̃ Jo. 12. Uos vocatis me magr̃ & dñe & bñ dicitis sum & eim. ¶ Q^m ad 2^m dic̃ q̧ fuit mons Oliueti. q̃ quidem locus conueniens xp̃o vt ibi predicaret. q: ille mons dr̃ oliueti, q: ibi erant multe oliue d̃ quibus fiebat oleum vnctõis: & q: xp̃s grece, latine dicitur vnctus vt conuenientia esset inter doctorẽ & locũ. iã in monte oliueti dr̃ docuisse.
¶ Q^m ad 3^m dicit q̧ fuit diluculo. i. mane. q: hora fuit congrua predicatõi xp̃i vt esset audientib⁹ fructuosa. q̧ cognoscens Js. dic̃ Js. 5. Dñs mane erigit mihi aurem vt audiam q̃si magr̃m. ¶ Q^m ad 4^m dic̃. q̧ ois ppl's vẽiebat ad eũ. vñ Luc. 21. Omnis ppl's diluculo ad eũ i tẽplo audire illum. ¶ Q^m ad 5^m dic̃. q̧ sedẽs docebat eos. vt ei xp̃s suam doctrinã ostenderet magis autẽticam: sedẽs docebat ppl'm quĩ dicit Js. 48. Ego sum dñs deus tuus docẽs te vtilia & gubernãs te i via q̃ ambulas. ¶ Sciẽ. ẽ ãt loquẽdo moral'r q̧ xp̃s dedit nob̃ pfectũ modũ viuẽdi. Nã loqn do general'r duplex ẽ mod⁹ viuẽdi. s. actiuus & ptemplatiu⁹. Mod⁹ ãt viuendi cõtemplatiu⁹ daf intll'i in ascensu ipsius in monte. q: montem altum intell'r contemplatio p quam homo leuatur in altum. dr̃ ãt mõs oliuarũ vt supra ad d̃signãdum spũalem pinguedinem: q̃ aia recipit i cõtẽplãdo. 3 vo ier^m. q: va ptẽplatõ visionẽ mẽtalẽ & pacẽ icludit. ¶ Nõ vacat ãt q̧ mõs ille ad oriẽtẽ dr̃ vbi orif sol: q: p ptẽplatõẽ xp̃s i nob̃ orif sol iustitie. ¶ Mod⁹ actiu⁹ daf itll'i in h q̧ xp̃s docebat. nã p doctrinã i q̃ exercitũ ẽ hedificãs proximũ itll'r act's in q̃ ex⁹ xp̃i ad hedificatõem p̃ximi d̃bem⁹ labõrar̃. ¶ Iste duplex modus viuẽdi figurat⁹ fuit geñ. 28. Ubi dr̃ snial'r q̧ Jacob vidit scalam: & ãgelos dñi ascẽdẽtes & d̃scẽdẽtes p ipam & dñs in nixu scale. ¶ Ubi sciẽ. q̧ p ãgelorum ascensum itll'r ptemplatio. p descensum vo opatio q̃ inclinamur vt p̃ximo succurramus. hu ic autem dominus inixus dr̃: q: siue per contẽplatõem ascendamus ad ip̃m. siue p actõem descendamus ad proximum ipse semper nos viriliter sustentat. ¶ In hoc autem q̧ populus dicitur iuisse ad ip̃m datur itell'i q̧ debemus esse solliciti vẽiendi ad ip̃m tanq̃ ad nostrũ refugiũ i oibus fcis nr̃is. ad q̃ nos dulciter inuitat i ps. d. Uenite filij audite me timorem dñi docebo vos. pmittẽs vob̃ suum auxiliũ dicit Math. ij. Uenite ad me oẽs q laboratis & onerati estis & ego reficiam vos: p mittens vero nobis regnũ eternum dicit Math. 25. Uenite benedicti p̃ris mei possidete vob̃ regnũ patũ a p̃stõne mundi.

Secũda pars.

Equitur adducunt ãt scribe. &c.
In xp̃o qdẽ fuerũt veritas doctrine. mãsuetudo misericordie. rectitudo iustitie. q̧ cognoscens ps. dicit Propter veritatẽ & mãsuetudinẽ & iustiiciã deducet te mirabiliter dextera tua. veritatẽ doctrie explorauerũt. Mat. 21. i tributo dãdo cesari dicẽtes magister scim⁹ q: verax es & viã &c. Mãsuetudinẽ misericordie explorauerũt. Mat. 19. dicẽtes discipl'is suis. qr̃ cũ publicãis & pccõribus mãducat &c. qbus xp̃s r̃ndit. Discite qd est miam volo & ñ sacrificiũ rectitudinem iustitie explorãt in euãgelio hodierno in p̃ntatõe adultere ml'ieris. dixerũt itra se pbei aut ipse dicet q̧ ista mulier deb3 lapidari aut non. aut oio tacebit. Si dicat q̧

ſic. deridebimus eum: q2 non hab3 máſue
tudinem q3 ipſe predicat. 7 pp q3 ét ppl's
amat eum. Si autem dixerit q non. tunc
dicemus q non habet rectitudinem iuſti
cie. 7 eum accuſabimus q eſt tranſgreſſor
7 contrarius Moy. 7 deo qui dedit legez
qr cum ipſa eſt lapidandus. ſi vero tacue
rit tunc dicemus q non habet veritatem
doctrine: ſed propter timorem humanaz
veritatem predicare formidat. ex quibus
p3 q illa petitio fuit tota temptatio. 7 ſm
h hic duo ꝯſidera. ſ.
Intentionis expreſſionem.
¶ Queſtionis ꝑpoſitóem.
¶ Qm ad pm dic. Adducunt át 7c. Ubi
quattuor poſſum9 cóſiderare. ſ.
Materia ſbicitur.
Qó ꝑpóitur.
Argumentum adducit.
Solutio queritur.
¶ Qm ad pm dicit. Adducunt autem 7c.
¶ Qm ad 2m dicit. 7 dixerunt magiſter.
hec mulier. ¶ Qm ad tertiú dicit. In le
ge át moy. mádauit h9i lapidar. ¶ Qm
ad 4m dicit. Tu ergo qd dicis. text9 é clar9
¶ Quátú ad iñtionis expreſſioné dicit
h auté dicebát téptátes eú. 7c. vbi Augu.
loqués de iſtis téptantibus dicit hic nos
inuenimus ad accuſandú occaſioné 7 reú
faciem9 táquá legis ꝑuaricatoré. ¶ Scié
dú eſt auté hic loquédo moraliter q per
iſtá mulieré adulterá itelligitur aia quéli
bet exiſtens in peccato mortali. Nam di
citur ſpúaliter ſponſa xpi q3 qdé ſponſat
in baptiſmo. vnde dicit Oſee. 2. Spóſabo
te mihi in fide 7 ſcies q2 ego dominus l3
auté anima ſic deſpóſetur p fidé 7 gratiaz
tam fit adultera quádo mortaliter peccat
vt ſit de numero illoꝝ d quibus Oſee. 4.
Fornicabútur filie vr̃e 7 ſpóſe vr̃e adulte
re erút. l3 auté aia miſera ſic adultera fue
rit tamé debet ad ipſum reuerti. q2 nó ſo
lum é paratus ipſam recóciliádo recipe
ꝫ ad h inuitat Jer. 3. tu át fornicata es cú
amatorib9 multis. tam reuertere ad me 7
ego ſuſcipiá te: que eſt igitur illa miſera
bilis anima tam dulcem iuitationé ꝯſide
rans que nó dicat illud Oſee. 2. vadá 7 re
uertar ad viꝝ meú priorem q2 bene erat
mihi túc magis q3 núc. Signáter autez di
citur. q phariſei mulierem adulterá ad
duxerunt ad Chriſtum. vt de ipſa profer
ret ſententiam vt detur intelligi q Chri
ſtus habet de peccatoribus iudicar. Ná
Jo. Pater dedit ei poteſtatem iudiciú
facere q2 filius hominis eſt.

Tertia pars.

Equitur. Jeſus autem inclinás
ſe 7c. vbi tangit ſagacitatem re
ſpondentem ſolertius: q probat
ſolutio confuſiua. Nam l3 phariſey mali
tioſe Chriſtum interrogarent vt ipſum
crederent manſuetudinem derelinquere
vel a iuſticia deuiare. ipſe tamen ſic ſapi
enter reſpondit q neutrum obtinuerunt:
h át duo poſſumus ꝯſiderare. ſ.
Chriſti rñſioné rónabilem.
Pheoꝝ detectóem cóſuſibilem.
¶ Quantum ad primum dicit. yhs auté
7c. Nam quando aliquis dare vult aliq3
ſententiam non debet preces ſed propoſi
tam prius diligenter diſcutere: 7 diſcuſſaz
proferre. 7 prolatam ſtabiliter confirmar.
q quidem fecit in illa reſponſione. 7 ió h
qm ad xpm tria poſſum9 cóſiderare. ſ.
¶ Diſcretá diſcuſſioné.
Aptam prolationem.
Ratá cóſirmatóem.
¶ Quantum ad primum dicit. Jeſus au
tem 7c. Nam per ſcripturam que fit cum
diligentia itelligitur diſcreta diſcuſſio q
Chriſtus obſeruauit. quid autem ſcripſit
dicit Augu. q ſcripſit poſtea protulit. d.
Qui ſine peccato eſt veſtrum. ¶ Quan
tum ad apertam prolatióem dicit. cú át p
ſeuerarent 7c. Licet át mala puniri debe
ant: non tamen rónábiliter a quocunq3: ſ

qui malum idicat puniendum.non dꝫ esse
malus sed bõus ſm Greg.18.moral'.Qui
prius semetipsum non iudicat qn in alio
iudicet ignorat.⁊ si nouerit etiaꝫ ꝑ aditū
recte.tamen aliena merita iudicare non
valet cuius inocentie.cui conscientia pro
pria nullam inditīj prebet regulam. Chri
stus igitur phẽis respondens nõ dixit ꝙ
lapidaret vel dimitteret.quoꝝ alteruꝫ ex
poscebant:sed inuit ſm Aug. A quo quis
sit cū malus est puniendus.q: non a mal'
sed a bonis.Q^m ad ratam confirmatõeꝫ
dicit.Et iterum se inclinans scribebat ⁊c.
Ideo enim xp̄s suam responsionem ꝑ ite
ratam scripturam voluit confirmare vt
ipsam verius approbaret.¶ Scienduꝫ ē
autem loquendo allegorice ꝙ ꝑ istam ter
ram in qua Christus se inclinans scribe
bat intelligitur beata virgo Maria que
fuit terra portans fructum saluatiõis hu
mane.de qua p̄s.Dominus dabit bẽigni
tatem ⁊ terra nostra dabit fructum suum
¶ In istam autem terram se inclinauit
quando dei filius in vterum eius d̃scẽdit.
vñ p̄s.Inclinauit celos ⁊ descẽdit.¶ De
scendens autem dei filius in vterum vir
ginis.inclinauit se infra d̃riaꝫ entis.Nã
inter alia entia natura diuia obtinet sum
mum gradum infra quem est natura ãge
lica.postq̃ꝫ est humana natura in qua est
pena ⁊ infra penam est culpam. ifra quã
nihil aliud.q: pccm̄ infimum gradum te
net .imo põt ẽt inter nihiluꝫ reputare. q:
ſm Aug.peccatuꝫ nihil est ⁊ nihil fiūt ho
mines cū peccant.¶ Inclinauit auteꝫ se
dei filius descendens in vterum virginis
¶ P° infra naturam dinam.phy.2.Cum
in forma dei esset non rapinam arbitrat⁹
est esse se equalem deo sed semetipsuꝫ exi
naniuit formam serui accipiẽs in similitu
dinem hominum factus ⁊ habitu inuen
tus vt homo. ¶ Secundo inclinauit se i
fra naturam angelicam.vnde p̄s.Minui
sti eum paulominus ab angelis . ¶ Ter
tio inclinauit se infra naturam humanam
.de seipso illud p̄s.Ego autem sum ver
mis ⁊ non homo obprobrium hominum
⁊ abiectio plebis . ¶ Quarto inclinauit
se vsqꝫ ad penam.Unde Is.53. Uere lan
gores nostros ip̄e tulit ⁊ dolores nostros
ip̄e portauit.ip̄e autem vulneratus est ꝑ
pter iniquitates nostras ⁊ attritus ē ꝑꝑ
scelera nostra.vsqꝫ vero ad culpam non i
clinauit se:q: deus esset peccare non pote
rat.¶ In ista autem terra.i.beata virgi
ne dicitur Christus scripsisse. Nã in ipsa
tota trinitas scripsit.¶ Nam pater i eaꝫ
scripsit suam potentiam.⁊ sic fecit eaꝫ po
tentem ad adiuuandum.vnde de ip̄a p̄s.
Generatio ⁊ generatõ laudabit opa tua
⁊ potẽtiam tuam ꝓnunciabunt figurata ꝑ
Judith probissima:de qua sententialiter
dicitur Judith.13.ꝙ interfecit Olopher
nem ⁊ ciuitateꝫ betulie ab excidio libera
uit.¶ Filius in eaꝫ scripsit suam sapienti
am :⁊ sic fecit eam sapientem ad aduocã
dum.vnde Eccl'ci.29. Collaudabunt mul
ti sapientiaꝫ eius. Figurata ꝑ Abygail q
per sapientiam suam.vt habetur.1.Re .19.
Procurauit clementiam Dauid irati cõ
tra virum suum Nabal. ¶ Spiritus san
ctus in eã scripsit suam bonitatem ⁊ sic fe
cit eam clementem ad miserandum.vnde
de ipsa prouer.16. Clementia eius quasi
ymber serotinus . ¶ Uel scripturam fa
ctam in beata virgine intelligitur multi
plex donorum collatio quo fuit mirabili
ter adornata. Nam ipsa fuit in vtero a d̃o
sanctificata.ab angelo salutata . a spiritu
sancto fecundata mr̃is cum virginitat̃ ho
nore parturiens sine dolore mater dei ⁊ fi
lia domina ⁊ ancilla . Unde ad eius lau
dem cantat ecclesia.Quod nec primam si
milem visa est nec habere sequentem .
¶ Uel possumus dicere loquendo mora
liter quod per istam terram in qua Chri
stus se inclinauit ⁊ scripsit itelligitur cor
hominis qui instar terre fertiliter debet

donum fructum portare. cui dicitur gen̄. i. Germinet terra herbam virentem et afferentem fructum iuxta gen⁹ suū. In istā autem terram se inclinare xp̄s dr̄. quādo per gratiam suam in cor hominis descendit. vt homo dicere possit illud Esdre .7. in me inclinauit misericordiam suā. et tūc facere fructum per bona opera virtuosa ¶ In ista vero terra. i. in cor hominis inter alia duo scribit precepta decalogy vt ipa si saluari volumus inuiolabiliter obseruemus. Unde Math. 9. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. ¶ Secundo scribit virtutes et dona sanctus sp̄s qbus spiritualiter resplendemus. vnde Jb. 9. Sanctus vocabit omnis qui inuentus fuerit scriptus in libro vite. i. in ier^m. ¶ Quantum ad secūdū dic̄. audientes āt h̄ etc. vbi duo possumus considerare. s.

Phreor absentiam pudero sam.
Mulieris pn̄tiam timorosam.

¶ Quantum ad primum dicit. audiētes autem etc. Isti enim phey habuerunt verecundiam specialiter seniores. et ideo primi inceperunt exire. cuius rationem assignans Glo. q̄ forte magis erant rei. vel magis alias culpas cognoscebāt. ¶ Q^m ad mulieris pn̄tiam timorosam dic̄. Et remansit solus yh̄s et mulier in medio stās q̄ enim xp̄s fuerat petit⁹ a pheys vt iudex. mulier autem vt rea sibi erat p̄senta ta. Christus autē dixerat q sine peccato ess̄ ipa p̄mus incipet lapidare terrer̄ potuit: ne a xp̄o qui non habebat peccatum diceretur propter adulterium puniendaz. s̄m Augu.

Quarta pars.

Equitur. Erigens autem se Jesus etc. Ubi tangit pietatem indigentem benignius. quod probat remissio completiua. in qualibz qdem diffinitiua sententia duo debent attendi s. misericordia compatiens et iusticia puniens. quia igitur Christus de muliere adultera finalem sententiam protulit. Jō vt prudens iudex. hic duo obseruauit. et s̄z hoc h̄ duo possumus considerare. s.

Christi misericordiam cōpassiuam.
Ipsi⁹ iusticiā punitiuam.

¶ Quantum ad p^m dicit. erigēs autem se Jesus etc. vbi tria possumus ꝯsideraṙ. s.

Sufficiētem examiātōem.
Conuēientez responsionem.
Absoluenté determinatōem.

¶ Q^m ad p^m dicit. Erigens aūt se yh̄s etc. vbi xp̄s dupl'r examinat istā ml'ierem s. q^m ad alioꝝ testimonium. et quātum ad alienuz iudiciuz. ¶ Q^m ad alioꝝ testimonium dic̄. erigens se yh̄s etc. et dixit mulier vbi sunt qui te accusant. q. d. nō hēs testem contra te quia recesserant. ¶ Quantum ad alienum iudicium dic̄. Nemo te condemnauit. Ubi Augu. Ille autem qui aduersarios repulerat lingua iusticie leuans in illam oculos mansuetudinis interrogauit eam. d. etc. ¶ Quantum ad cōuenientez responsionez dicit. que dixit nemo domine. Nam lz yh̄s duas consolationes mulieri. s. de accusantib⁹ vbi essent et vtrū q̄z fuissent ab alio condemnata. Ipsa tam̄ non respondet ad primam. s. de accusantibus vbi essent q̄ timuit deprehendi. qa Christus omnes audierat: sed quia ei nō constabat ꝙ contra ipsam prolata sententia. Ideo respondet ad illam. d. ꝙ nemo condemnauerat eam. ¶ Quantum ad absoluentem declarationem dicit. dicit ei Jesus nec ego te condemnabo. Ubi Augu. Audiuimus supra vocez iusticie. audiam⁹ misericordie et mansuetudinis. Nam dixit ei Jesus. nec ego te condemnabo. a q̄ condemnari timuisti: quia in me pecc̄m n̄ inuenisti. ¶ Quantum ad secunduz dicit. Uade et amplius noli peccare. Nam quia secundum Ambrosium. Penitentia est p̄terita mala plangere et plangenda de cetero non committere. in quibus duobus seruatur peccantis iusticia punitiua. hinc est ꝙ Christus huius mulieris contritio

nē cognoscens sibi recidiuum indicit .d. Jam āplius noli.q.d.Si hoc feceris non te derelinquam.vnde ps.Dñs amat iudicium ⁊ non derelinquet sanctos suos i eternum ꝯseruabunt.iniusti punient.⁊ semen impiorum peribit. Justi aūt hereditabūt terram ⁊ habitabūt in seculum seculi sup eaȝ terrā in q̄ȝ .d. qua ps.Portio mea domine sit in terra viuentium.Ad q̄ȝ trā ⁊c.

¶ Feria secunda dominice quarte in.xlª.

PRope erat pascha iudeorū ⁊ ascē dit yhs ierom ⁊c.Jo. 2.Sunt in dño alia q̄ttuor que debȝ habere quilibȝ rex vel dñs q digne dȝ alijs dominari vel principari.¶ Primū est ꝙ sit iustus in iudicio.vnde Sap. primo. Diligite iusticiaȝ qui iudicatȝ terrā. Nam prouer.29.Rex iustus eriget terram.¶ 2m ē ꝙ sit potens in gubernando que dic̄ Js. 19.Rex fortis dominabit.¶ Tertiuȝ est ꝙ sit sollicitus in augmentando. q: puer. 14.Jn multitudie populi dignitas regis. ¶ Quartum est ꝙ sit prudens in ordinādo.Nam Sap.6.Rex sapiens populi stabilimētū est.vt igit btūs Jo. oñdat nobis xp̄m yhm veꝝ regē ⁊ dñȝ.ei9 iusticiā inobligabilē.potētiā isupabilē.diligētiā commēdabilē.⁊ sapiētiā ifallibilē.i h euāgelio euident oñdit in q̄ iuxta pdcā.4.tāgit.s. Eqtatē iusticie virtuose. Potestatē efficacie vigorose. Uniuersalitatē familie gratiose. Claritatē sapiētie luminose. ¶ Pm pbat expulsio general̄.2m resumptio corpalis.3m adhesio ppl̄aris . 4m cognitō specularis.pm in pn̄.2m ibi. Rñderūt ergo iudei ⁊c.3m ibi cū āt essȝ ierosolimis ⁊c.4m ibi.Jpe āt yhs nō credebat semetip̄m eis ⁊c.

Prima pars.

Uātum ad pm vbi tāgit ⁊c.ꝙ pbat ⁊c.dic̄ prope erat ⁊c.vbi dr̄e possum9 ꝙ ē dupl̄x iusticia.vna pōt dici redditiua qñ.s.reddit cuilibȝ ꝙ sibi debet.vt puta honor do : sbuentō proximo.⁊ sibiipsi carnis castigatō . ¶ Alia pōt dici pūitiua qñ.s.pūit publice dlinquētes.bm hoc igit hic duo ꝯsidera .s. Obseruatōem legalium qm ad iusticiam redditiuam . Expulsionē aialiū qm ad iusticiā pūitiuā. ¶ Qm ad pm dic̄.ppe erat ⁊c.iudei qdē bm legē tres int alias solēnitates hēbāt in qbus oē masculinū.dbebat in loco statuto se pn̄tare dño.q loc9 hedificato templo ierosolis erat.yhs igit exñs i caphar naum :q: vt dr̄ imediate qñ istō euāgeliū post miraculum fcm̄ de aq̄ in vinū conuersa in nuptijs:⁊ mr̄ eius ⁊ fr̄es ei9 descenderunt in capharnaum.⁊ ibi manserūt nō multis dieb9.q: vt deo pr̄i redderent iusticiā sibi dbitā ip̄m i obseruatōe legaliuȝ honorādo voluit sic̄ ⁊ ceteri ascēder̄ ierm in solēnitate paschali in quoꝝ dedit nobi exēplū bm Alcimiū ꝙ dbem9 i oib9 dum adorare.⁊ ipsi9mōita plēius ipler̄.¶ Scdm endū ē āt loquendo moral̄r ꝙ h quattuor possum9 ꝯsiderar̄.s. Locum infectiuū q relinqtur . Terminū qetatiuum q acqritur . Tēpus mēsuratū quo pgreditur. Modū executiuū quo pcipitur. ¶ P9 locū ifectiuū q relinqtur q: Caphar.q ager pinguedinis interptat . siue villa cōsolōnis:intell̄r h mundus in q̄ volunt hoies mundani viuere in ꝯsolōnibus ⁊ delitijs carnis non aduertēs:q: iuxta illud thy.2. Uidua que i delitijs est viuēs mortua ē.vñ est alia ciuitas Caphar . i q̄ homines sepius infirmantur . de qua dr̄ Jo.4.Erat qdā regul9 cui9 fili9 ifirmabat Caphar.Nā p filiū reguli q nobil̄ erat generāl̄r:itll̄r qlibȝ hō.quē sic dēs nobilit ꝙ fecē eū ad ymaginē suā.dās sibi itll̄cm̄ mēoriā

r voluñtatē dedit ei dñiū oīum creaturarū
corporaliū dedit ī eiꝰ seruitiū oīa supcele
stia corpora.s.celū.stellas ⁊c. dedit insuper
ei mistros āgelos scōs.pauit ēt ei ex sua
libalitate qꝫ maius est oībus celestem he
reditatē.¶ Lz āt ds creauerit hoiem ita
nobilē.tñ iuxta illud ps. Nō cuz in hono
re essz nō intellexit cpatus ē iumētis insi
piētibus ⁊ siliis factus est ill'. viuendo .s.
sm desideria carnis.⁊ tūc instar filij regu
li infirmatur. Sic autez in Caphar. existi
bus cominat xps Math. ij. Et tu caphar.
nunqd vsqz ad celum exaltaberis vsqz in
infernum descēdes ¶ 2° contra terminū
quietatiuum qui acgritur:qz ierm. Nā p
ierm que visio pacis dicitur:intellr illa su
perna ierm in qua beati quiete.pacifice ⁊
clare deum contēplantur . volentes autez
ad illam ciuitatem ierm peruēir deb; Ca
phar.dimitterē.s.carnis dsideria relinquē
do : qbus dr Apoc.18. Exite de illa ppl's
meus ⁊ ne particeps sitis delictoꝝ eius ⁊
de plagis eius non aspiciatis : qm puene
runt peccata eius vsqz ad celuz ⁊ recorda
tus est dñs iniquitatum eius. ¶ 3° consi
derar possumꝰ tps mēsuratū q̄ pgredit.
qz ppe pasca. Nam pasca iterptatur vno
mō transitus tps q̄ reliquēdo caphar.i.d
litijs corporal's vadimus in ierm.i. ad ce
lestē priam est tps pasce.i.transitus quo
transimus de vitijs ad virtutes.vnde cui
libz dr numeri. 21. Omnis vir bellator ⁊
armatus Jordanem transeat donec sbuer
tat dominus inimicos suos . Nam donec
subersi ⁊ deuicti fuerint inimici domini.i.
vicia ⁊ peccata:qlibz dz armatꝰ eē donis
⁊ virtutibus.⁊ sic fortis bellator mūdū istū
signatū p Jordanē q vno mō iterptat de
scēsus.qz mūdꝰ dscēdit ⁊ dfluit ptiue dbz
trāsire vicia dferēdo vt tādē pueiat ad vi
sionē xpi i glia padisi.¶ 4° psiderar pos
sumꝰ modū executiuū q̄ pcipit: qz ascēdē
do. Nā p ascēsuz q̄ qs elleuat i altum dat
itelli pfectꝰ i opibꝰ virtuosis . hoies igit

qui volunt in supernam ierm pergere nō
dbz ad mundana peccando dscēdere:sz po
tius in altum ascēder celestia contēplan
do.dicēdo illud Js.2. Uēite ascēdamꝰ ad
montem dñi ⁊ ad domū di Jacob ⁊ doce
bat nos vias suas ⁊ ambulabimus in se
mitis eius. ¶ Modus autē ascēdēdi in
celum fuit figuratus in ascēsu helye in pa
radisum terrestrē. d quo sentētial'r dicit
4.Re.2.qꝫ primo iuit in bethel. Secundo i
Jerico. Tertio ad fluuiuz Jordāis ⁊ post
moduz in curru igneo fuit eleuatus in ce
lum. ¶ Sic homo qui vult in celum ascē
dere primo debz ire in bethel que domus
dei dr:intelligit anima cuiuslibet homi
nis.que ideo dr domus dei.qz in ipsa per
suam gratiā inhabitat. dbz igit ire ad su
am animam.⁊ ipsam per contritōem pur
gare a peccatis iuxta consiliuz beati Jaco.
b.in ca.sua.i.propter qꝫ abitientes omnē
imundiciam ⁊ habundantiā malitie i mā
suetudine suscipite insitum verbum qꝫ
potest saluare animas nostras. ¶ Secun
do dz ire in Jericho. Nam per Jericho q̄
vno modo interpretat odor.intelligit bo
na ⁊ honesta conuersatio q̄ homo debet
habere:iuxta illud.1.pe.2. Conuersatōem
nostrā inter gentes habentes bonā. ¶ 3°
dz ire ad Jordanem. Nam p Jordanē q̄
vno modo interpretat riuus vel fluuius
iudicantis interpretat passio yhu Christi
qui debz iudicare mundū quia Jo.5. Pa
ter dedit ei iudicium facere: quia filiꝰ ho
minis est.in qua passione fuit riuus vel
fluuius suus pretiosus sanguis quē p no
bis effudit.ad hāc dz hō ascēder eā iugi
ter meditādo.iuxta illud .1 pe.2.b. Chri
sto igit passo in carne ⁊ vos eadē cogita
tōe armamini. ¶ Om ad 2m dic.⁊ inuenit
i tēplo ⁊c.vbi q̄ttuor possumꝰ psiderar.s.
Occupatōem indebitam.
Purgatōem pualidam.
Rōnem xidicam.
Consecutōem pphetícam.

¶ Quantū ad primū dicit ꝛ inuenit in tē plo ꝛc. in h enim ꝙ dicitur ꝙ xp̄s inuenit in tēplo dat intelligi ꝙ ipse tēplum intra uit vn̄ hic duo possumus cōsiderare. s.

Ex p̄te xp̄i exēplaritatē actꝰ virtuosi.

Ex parte sacerdotum cupiditatem lucri pernitiosi.

¶ Quantū ad primū dicit ꝙ yh̄s xp̄s ve nit i tēplo ꝛc. vbi Beda. Dn̄s lerᵐ adue niens cōtinuo tēplū moraturus adijt nob dans exᵐ vt quocūq3 domū dei p̄mo igre diamur dn̄m deprecaturi. ¶ Quantū ad cupiditatem lucri p̄nitiosi dicit ꝙ inuēit in tēplo vendētes ꝛc. in lege qde3 mosay ca cōcessum erat iudeis ne cōuerterent ad ydola sicut cetere natiōes ꝙ offerebāt animalia: sacerdotes aūt illius tēporis cu piditate ducti fauebāt ea vendi in tēplo ꝛ ibi numularios accomodar̄ pecuniā vt de oblatione nullus poss3 excusare se h se cundum bedā. ¶ Sciendū est autem mo raliter loquēdo ꝙ p̄ illud tēplu3 intelligi tur quil3 xp̄ianus. qui tēplum dei ideo di citur. quia dn̄s in ipso dicitur habitare p̄ gratiam vnde. 2. Cor. 6. Uos estis tēplu3 dei viui. ¶ Licet autem istud templu3 de beret esse sanctu3 vt esset tēplum domini tamen aliquādo efficitur tēplum dyaboli per culpam deformātem. hic aute3 datur nob intelligi in ill' que in tēplo fuisse in quo inuēta fuerūt quattuor genera signā tia multitudinem vitiorū vbi enim inuen ta fuerūt boues oues columbas ꝛ numu larij. ¶ Nam per boues cornutos intelli gitur peccatu3 superbie. quia sicut erigit cornua sic superbus in altum erigit alios contēnēdo, per columbas autem intelli gitur peccatum luxurie. quia sicut colūba est animal multoē. pulificans ꝙ esse non potest nisi multiplici coitu, propter ꝙ ꝛ columba. q. colens lūbos dicitur: sic luxu riosi semper appetunt delitias carnis.

¶ Per numularios vero itelligitur pec catum auaritie. q2 sicut numularij sedent ad bācbum vt lucrentur. sic auari sunt so liciti qualiter possint in h mundo ditari. quia Eccli. 5. Auarus non implebitur pe cunia. ¶ Per oues autem animalia mā sueta intelligit peccatum ypocrisis quia ypocrite hūiles apparere volunt exteriꝰ ꝛ tamen interius pleni omni malo d quo dicit dominꝰ Mat. 7. Attēdite a falsis p̄ p̄his qui veniunt ad vos in vestimentis ouium intrinsecus autem sunt lupi rapa ces a fru. eorū co. eos. ¶ Quantū ad pur gationem p̄ualidam dicit ꝛ cum fecisset quasi flagellum i volente quidem corrige re debite tria inter alia requir̄. s.

Quod sit seuerꝰ quātū ad duros.

Mansuetus quantū ad dociles.

Discretus quantū ad omnes.

¶ Sed h igitur quantū ad xp̄m homīes corrigētem ꝛ templum expurgātem tria possumus cōsiderare. s.

Sagacitatem discretiōis.

Seueritatem punitionis.

Lenitatem monitionis.

¶ Quantū ad primu3 dicit ꝛ cum feciss3 ꝛc. actus enim discretiōis est vt corripiēs aliquem teneat modu3 p̄uenientem offen se. cum aliquis peccat facit sibi quasi que dam funem fortissimū quo ligantur quia P̄. 5. Iniquitates sue capiunt ipsum a fu nibus peccatorum suorum cōstringuntur dum aūt cōtinuat tunc circōuoluit funem vt fortior fiat talibus cominar̄ dominus Iudic. 16. Quod philistij ligauerunt San sonem duobus funibus nouis ꝛ tulerunt eum de petra ethā. ¶ Ubi sciendum ꝙ p̄ Sanson qui interpretar̄ sol fortis itelligi tur quil3 homo. quē deus instar solis crea uit clarum per inteᵐ fortem per liberum arbitrium. ꝙ cogi nō potest per phylistij qui interpretan̄ cadentes intelligun̄ de mones qui propter peccatum superbie ce ciderunt de celo per duos aute3 funes in telligitur pecc̄ō omissionis. pecc̄ō omissiōis q̄bus demōes ligant hoīes ꝛ tunc ipm as

feruntur de petra ethâ.s.a Christo q fue rat primo per caritatē cōiunct⁹. ¶ Quā tum ad seueritatē punitiōis dicit omnes vendentes eiecit ꝛc. Nam secundum Be dam. Dominus nolens aliquid in domū suam terrene esse negociatiōis neq; eius que inhonesta putarent negociatores ve ro omnes expellit foras ꝛ eorum res. ¶ Quantū ad leuitatem monitiōis dicit ꝛ qui vendebant columbas dixit afferte ista hinc. Quia enim columbe non inficie bant tantum tēplum sicut oues ꝛ boues hinc est ꝙ facilius monet istos tamē nec h̄ erat licitum ideo precepit vt afferant inde. ¶ Per ista autē quattuor genera animalium que Christus eiecit ð templo intelliguntur quattuor vicia supradicta q̄ homo ðbet expellere a seipso signato per tēplum ꝛ h̄ facer̄ deb; dupliciter. ¶ Pri mo considerando penam istis vicijs ðpu tatam. Nam existens in peccato superbie signato per boues cornutos debet cōside rare qualiter pūiatur quia Is.2. Dies do mini exercituū super omnem superbum ꝛ excelsum ꝛ arrogantem ꝛ hūiliabitur. ¶ Existens in peccato luxurie signato ꝑ columbas vacantes libidini. debet cōside rare qualiter puniatur q: Apoc.16. Quo niam glorificauit se ꝛ in delitijs fuit tantū date illi tormentū ꝛ luctum. ¶ Existens in pccō auaritie signato per numularios deditos lucro terreno debet considerare qualiter puniatur quia Iere.22. Oculi tui vero ꝛ cor ad abaritiam. ꝛ ad sanguinē; in nocentem fundendū ꝛ ad calūniam ꝛ ad cursum mali operis ꝑpterea h̄ dicit dñs sepultura asini sepelietur putrefact⁹ ꝛ ꝑ iectus extra portas ier^m. ¶ Existens ēt in peccato ypocrisis signato per oues q: talis ostendit pellem ouinam ꝛ intus ha bet lupinā debet considerare qualiter pu niatur. quia Iob.15. Non veniet in conspe ctu eius. s. dei omnis ypocrita. ꝛ quare q: receperunt mercedem suam. ꝛ ideo Iob. 8. spes ypocrite peribit. ¶ Secundo deb; homo illa quattuor peccata expeller̄ a se ipso cū flagello de funiculis. Nam in fla gello de funiculis duo possumus conside rare. s. ipsas cordulas que sunt ð canepo. ꝙ habet ortum a terra. ꝛ lignum aliquod cui cordule alligantur per cordulas autē debet a se peccatū superbie remouere cō siderando ꝙ instar cordularū de terra est ꝛ iterum cōuertetur in terram ꝛ sic nō su perbire sed magis humiliari. ¶ Per li gnum autem debet alia tria remouere vi cia. Nam per lignum: crux siue passio xp̄i potest intelligi: per cuius consideratōem debet homo a se remouere peccatū luxu rie considerādo xp̄m tot pēis ꝛ dolorib⁹ pro ipso fuisse passum. debet etiam remo uere peccatum auaritie considerando ꝙ xp̄s in cruce pro ipso voluit denudari ꝛ liberaliter dare suū sanguinem pretiosū. ¶ Debet etiam amouere peccatum ypo crisis considerando ꝙ xp̄s in cruce non fuit ypocrita aliud pretendens exterius ꝛ aliud existens interius sed pro ipso vo luit in dextero latere lancea aperiri. ¶ Quantū ad rationem viridicam dicit ꝛ nolite facere ꝛc. Ratio enim quare xp̄s expulit supradicta de templo fuit quia ꝑ h̄ fiebat iniuriam patri suo. dum templū ꝙ dedicatum sibi fuerat ꝛ orationis loc⁹ erat. erat mercatorib⁹ propter ꝙ dixisse legitur Mat.21. Scriptū est domus mea domus orationis vocabitur. vos autē fe cistis illam spelūcam latronum. ¶ Quā tum ad consecutiōem prophicam dicit re cordati vero sunt discipuli ꝛc. Nam ðð ꝑ phia h̄ factum ꝙ xp̄s fecit in emendatiōe templi ꝙ dicebatur domus dei videns in spiritu ꝛ cognoscens istud proceder̄ ex ze lo iusticie dixit zelus domus tue comedit cuius prophie adimpletionem recordati sunt discipuli audiuisse vt sic potuerint di cere illud Is.9. zelus domus dñi exer cituī faciet h̄. ¶ Moraliter autem loq̄n

h⁵

do per domũ istaz intelligit anima cuius libet hominis. que debet esse domuz dei per sanctitatis decorem vnde ps. Domũ tuam domine decet sanctitudo hanc auté si xp̄s yhs maculatam inueniet peccatis ex dilectõe q̄z habet ad ipsam lauat ⁊ mũ dificat suo sanguine precioso vnde Apoc. pmo. Dilexit nos ⁊ lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. ¶ Licet autez sic deus nos dilexit. propter ꝙ ⁊ nos ipsum versa vice debemus diligere. iuxta illud Jo.i. Nos ergo diligamus deum quoniaz ipse prior dilexit nos pauci tamen sunt q eum diligant sed magis opera vitiosa. de quibus Jo.3. Lux venit in mundum ⁊ dilexerunt homines magis tenebras q̄z lucem. ⁊ quare subdit quia eorum erant mala opera.

Secunda pars.

s Equit. Responderũt ergo iudei ⁊c. vbi tangit potestatem efficacie vigorose ꝙ pbat resumptio corporalis quando enim aliquis videt aliquod opus magnũ ⁊ insolitum esse factũ ab aliquo cuius ignorat potentiam. qr̄ h fecerit ⁊ signum potestatis ipsius ꝙ quidem dari debet. si ratiõabiliter queritur secundum exigentiam questionis. ꝙ quidem datum si sit ad intelligendum difficile debet intelligibilius declarare. Quia igitur xp̄s fecerat op⁹ valde mirabile potestatiue de templo numularios ⁊c. expellendo eius potentiam iudei ignorabant q̄runt per aliquod signum eos certificet d opere facto cũ tanta potentia. ⁊ ẜm h hic 5. possumus cõsiderare. s.

Questionem rationabilem.
Solõnem mirabilez.
Dubitationem notabilem.
Explicatiõem intelligibilem.
Cõsecutionem vniuersalem.

¶ Quantũ ad primũ dicit responderunt ergo ⁊c. vbi Tebo. q: iudei videbãt dñm talia facere cũ ptãte mlta. ⁊ dicẽtez nolite facer domũ patris mei domũ negociatiõnis signũ ab eo petũt. ¶ Quantũ ad ẜm dicit respondit yhs ⁊c. iudei enim signuz querebãt a xp̄o vt si daret eos possent in eo aliqd oppinari dominiũ. vl' si nõ daret ꝙ saltez ab his que faciebat cessaret. xp̄s aũt cognoscens eorum malitiã noluit eis dare signum deitatis sue sed hũanitatis. ⁊ mortis sic alias fecit dans signum de iona. Mat.22. ¶ Quantũ ad tertium dicit dixerũt ergo iudei ⁊c. Nam xp̄s dederat signum de corpore suo ꝙ erat tẽplum spirituale iudei autem intelligebãt de materiali ⁊ ideo deridentes secundũ Theoᵐ ipuz reprehẽdebant. ¶ Quantũ ad quartum dicit ille autem dicebat de tẽplo corporis sui. quia enim iudei illud ꝙ xp̄s dixerat de tẽplo intelligebant d materiali d quo xp̄s nõ intelligebat. hinc est ꝙ euãgelista volens explicare intentõez xp̄i dicit ꝙ loquebat de templo corporis sui. naz corpus xp̄i dicitur tẽplum corp̄is sui. naz corpus xp̄i dicitur tẽplum. ¶ Primo ratiõe diuine inhabitatõis. q: sicut diuinitas p vniõem ꝯpasticam hitat in hũanitate. iuxta illd Coll'.2. In quo hitat oĩs plenitudo gr̄e diuinitatis corporalr̄ sic corp⁹ xp̄i repñtãs eccl'az vnigenitũ ꝯtinet q ẽ ymago di ⁊ gl'a. ¶ 2° dicit tẽplũ ratõe recõciliatiõis. nam sic in tẽplũ recõciliatio fiebat hois cuz deo. ita p xp̄m recõciliati sum⁹ cuz do. iuxta illd. 2. Cor.5. De⁹ erat i xp̄o mũdũ recõciliãs sibi. ¶ 3° dicit tẽplũ ratõe exauditõis. Nã sicut i tẽplo fiũt oratiões vt exaudiant a deo sic oẽs pces nr̄as ad duz porrigim⁹ vt exaudiãt p xp̄z in cui⁹ sigᵐ oẽs oratiões q̃s fac eccl'a do mediatore accipit. d. p dñm nostruz yhm xp̄m. ¶ Qᵐ ad quintũ dic. Cũ surrexisset a mortuis ⁊c. vbi duo possum⁹ ꝯsidera. s.

Temporis ꝯgruitatem.
Cognitionis claritatem.

¶ Quãtũ ad pᵐ dic. Cũ ergo surrexisset a mortuis. Nã discipl'i añ resurrectiõem

xpi multa ignorabát q̄ postea cognouerūt.
¶ Quantū ad cognitiōis claritatem dić
recordati sunt, ⁊c. postq̄z enim xp̄s surre
xissz a mortuis dedit discipulis suis intel
ligentiá vt cognoscerét que erant scripta
de xp̄o. iuxta illud Luć. vltimo. Quia túc
aperuit eis sensuz vt itelligerét scriptu
ras duo aūt erant ſm Criso. q̄ discipuli
nō intelligebát vnū erat ꝙ xp̄s esset deꝰ
ꝙ oculta dederat itelligere qñ se vocauit
téplūz deitatꝭ. d. soluite téplūz ħ aliud erat
ꝙ debebat resurgere ꝙ dedit intelligere
qñ dixit excitabo illud ita enim añ resur
rectiōem nō intellexerit. tñ post resurre
ctionem clariꝰ intellexerūt.

Tertia pars.

s Equitᷣ. Cū aūt esset ierosolimis
⁊c. vbi tangit vniuersalitatez fa
milie grose. ꝙ ꝓbat adhesio po
pularis fructus qdem ⁊ vtilitaté illoꝝ q̄
feć xp̄s fuit ꝯuersio ppl'i adherétis sibi ꝑ
fidé ⁊ ħ é ꝙ hic dr̄. Cum aūt esset ierosoli
mis i pasca mlt'i crediderūt i noie eiꝰ vidé
tes signa q̄ faciebat.

Quarta pars.

s Equitᷣ. Ipe aūt yh̄s nō credebat
seip̄m eis ⁊c. vbi tágit claritaté
sapiᶜ lūınose ꝙ ꝓbat cognitō spi
ritual' vl' specl'aris xp̄s qdé q métes oiuz
cognoscebat. lz aliq de iudeis i ip̄m crede
rent. tñ ipse nō credebat se eis. ⁊ ſm ħ hic
duo possumus ꝯsideraᷣ. s.
Effectum xp̄i mirabilem.
Causam dicti rationabilem.
¶ Quantū ad primū dić. Ipe autez yh̄s
⁊c. vbi Augu. admirádo dić. Qui igitᷣ vl't
ħ illi credebát i noie eius ⁊ ipse yh̄s post
nō credebat semetip̄m eis cui pót rñderi
ſm Criso. vt sic sit sēsus illoꝝ verborū ꝙ
xp̄s nō credebat eis semetip̄m. q: ipfecte
credebát. ⁊ sic nō attingebát ad ꝑfectá no
ticiam xp̄i. ⁊ iō nō reuelabat eis sua secre
ta sić faciebat suis discipl'is q ꝑfecte cre
debát in ip̄m. ¶ Quantū ad ſm dić eo ꝙ
noscerent oés ⁊c. vbi quantū ad xp̄i sapien
tiam duo ꝯsidera. s.
Ipsiꝰ vniuersalitatem oīa ambiétem.
Ipsiꝰ ꝓfunditaté intima penetrátem.
¶ Quantū ad primū dić eo ꝙ ipse nosce
ret oés. Nam sapiª xp̄i nō erat ꝑticularis
vt é sciétia. sz erat vniuersal' q: oīa cogno
scebat vñ de ip̄o Eccl'i. 23. Oia vidit oculꝰ
eiꝰ. ¶ Quantū ad ꝓfunditaté intima pe
netrátem dić. ⁊ q: opus ei nō erat ⁊c. vbi
Criso. Nō indigebat ergo testibꝰ nō pro
prioꝝ plasmatū mentez adiscat. vt det oīa
illa intelligere ⁊ deducet me in operibus
meis sobrie. ⁊ custodiet me i sua potétia.
⁊ erunt accepta opera mea ⁊ disponaz po
pulum iuste ⁊ ero dignus sedium patris
¶ Ex iudeorum imutatione sic arguit. 12. horis diei potest aliqs a proposito suo imutari lꝫ igitur iudei alĩ lapidare me voluerint tñ possunt esse mutati. ⁊ sic nõ oꝫ timere nã de mutatiõe cordium hominuꝫ dicitur Exo. 24. Immutatum est cor ph̃onis in seruorũ eius super populo Israel.

¶ Ex lucis illustratiõe sic arguit vbi est presentia lucis non debet esse timor quia lux confortat ⁊ letificat. sed nunc in mea presentia est presentia lucis. ergo nos nõ debemus timere. ¶ Quantũ ad tertium dicit. h ait yh̃s post h dixit Lazarus ⁊c. necessitas eniꝫ itineris xp̃i fuit vt suscita

ret amicũ dicit autem ipm dormire lʒ iaʒ esset mortuꝰ.quia scdm Augu.licet esset naturaliter mortuꝰ xpo.tamẽ dormiebat qui facilius ẽ suscitare mortuũ.qʒ homini dormiẽtem aliquem excitare.❡ Quantũ ad quartũ dic.Dixerũt ergo discipli ꝛc.vtilitas quidem discipulorũ fuit mors Lazari.quia per resuscitatõem ipsius fuerunt in fide fortius confirmati que mors ipsis ignorãtibus mãifestat a xpo vnde hic.s. possumus ɔsiderare.s.
Dubietatis insinuatõem.
Veritatis declaratõem.
Mortalitatis expssionem.
Vtilitatis consecutõem.
Voluntatis determinatõem.
❡ Quantũ ad primũ dic.Dixerunt ergo ꝛc.vbi Criso.solet enim somnꝰ egrotãtiuʒ esse causa salutis inditiuʒ.dixerunt ergo xpo.si dormit saluꝰ erit.q.d.ꝫm Criso.si dormit nõ igitur est vtile ꝙ tu vadas ad excitãdum eũ ꝙ ꝗdem scdm Criso.Dicebant volentes ĩpedire eius aduentũ in iudeam.❡ Quantũ ad veritatis declaratõnem dicit dixerat autẽ dñs de morte ꝛc. Quanta quidem dubitatõem qʒ habuerũt discipli d̃ verb̃ dñi hic declarat ostẽdens de quo somnꝰ dixerat.❡ Quantũ ad mortalitatis expssionem dicit tunc.dicit ergo eis yh̃s mãifeste ꝛc.vbi Aug.Quia dixerat obscur̃ mãifestat ꝙ dixerat.❡ Quantum ad vtilitatis ɔsecutionẽ dicit.ꝛ gaudeo propter vos.ex duobus enim potuit crescere fides discipulorũ.quia Christus non erat presens Lazaro ꝛ tamen ipsum mortuũ nũciauit. secundo quia ipsuʒ tam fetidum resuscitauit.❡ Quantum ad voluntatis determinatõem dicit sed eamus ad eum.Nam videns xp̃s oportunitateʒ temporis quo poterat clare miraculuʒ facere cõpatiens sororibus Lazari determinauit adeundum.❡ Quantũ ad quintuʒ dicit.dicit ergo Thomas cognoscẽs volũtatem qua se determinauerat ad eundum licet dubitaret ne iudei xp̃m offenderent tamen fortificatꝰ spiritu ꝛ alios vt sequatur Christum vsqʒ ad mortis periculum ortabat.de quo Beda.Sicut enim loquebatur quasi posset facer̃ que alios ortabatur immemor sue fragilitatis sicut petrꝰ.

Quarta pars.

Equit.venit itaqʒ yh̃s ꝛc.vbi tãgit affabilitatem eloquij demulcentis.ꝙ ꝓbat effectus nũciatꝰ vbi tria ɔsidera.s.
Aduentũ xp̃i benignissimũ.
Occursum Marte sedulissimũ.
Accessum Marie deuotissimũ.
❡ Quantũ ad primum dicit venit itaqʒ yh̃s ꝛc.vbi tria possumus ɔsiderare.s.
Temporis ɔgruitatem.
Loci opportunitatem.
Populi numerositatem.
❡ Quantũ ad primũ dic venit itaqʒ yh̃s ꝛc.Nam xp̃s quarta die accessit.ꝫm alcuiñ.vt quatriduanũ impleret ꝛ Lazarus gloriosius resuscitaret.❡ Quantũ ad loci oppor tũitatem dicit erat autem bethania iuxta ierᵐ quasi stadijs.15.Nam octo stadia faciũt vnum miliare.ꝛ sic distabat a ierᵐ per duo miliaria minꝰ vno stadio. ꝛ ideo secundum Criso.Erat locus oportunus vt possent sorores Lazari facilius visitari.❡ Quãtũ ad populi numerositatem dicit multi autem ex iudeis ꝛc.Quia sorores Lazari erant valde nobiles ideo multi iudei venerũt de ierᵐ ad consolandum eas de fratre mortuo.❡ Quantum ad secũdum dicit Martha autem vt audiuit ꝛc.vbi tria possumus ɔsiderare.s.
Marthe ꝓmptam acceleratõeʒ.
Eiusdem fidelem confessionem.
Xp̃i vtilem instructõem.
❡ Quantũ ad primũ dicit Martha aũt ꝛc.Naʒ Martha tanqʒ de xp̃o multũ solicita.vt audiuit aduentũ eius vl̃ xp̃i iuit ad ip̃m cur aũt nõ vocauit sororem suam

Mariam qñ primo iuit ad ipm assignat duplex ratio. ¶ Prima fuit fm Theoᵐ q: voluit iudeos q erant pñtes latere ad uentū xpi. q: ipsum hēbant exosum. q nō credbat posse fieri si vocassz mariā. ¶ Secunda rō fuit scđm vt audita respō sione xpi Marthā ɔsolantem aduentum Marie gaudiosius nūciaret. ¶ Quantū ad Marthe fidelem ɔfessionez dic. dixit aūt Martha rc. vbi duo ɔfitetur de xpo. ¶ Primū ē q i sua p̄sentia potuissz mortez Lazari p̄uenire r ideo dixit dñe si fuisses hic rc. ¶ Scđm ē q xps iā Marthe p̄uentum poterat suis p̄cibus suscitare. ¶ Quantū ad xpi vtilem instructōez dic: dicit ei yhs resurget frater rc. in q̄ instructione ad resuscitatiōem Lazari quattuor considera. s.

Actum euidentez.
Causam sufficiētem.
Modum cōuenientem.
Accessum p̄merentem.

¶ Quantū ad primū dic. dixit ei yhs rc. vbi primo ponit resurrectōis securitas. secundo Marthe credulitas. ¶ Quantuz ad primū dic. dicit ei yhs rc. In ista certificatiōe resurrectōis xpi iplicite certificat Martham d̄ duplici imp̄fectiōe credulitatis q̄z supius p̄tendebat in verbis suis. s. q poterat p̄sens miracła facere. r q si h̄ faceret nisi i virtute alteriꝰ faciebat. ideo xps fm Criso. prudēter dixit resurget frāter non āt dixit rogabo nec dixit nō indigeo alterius adiutorio. ¶ Qᵐ ad Marthe credulitatem dic. scio q: resurget i nouissimo die. Nam q: dominus absolute dixit resurget nō determinādo tēpus retulit Martha secundum Augu. Illud fore dez pro resurrectōe generali q̄z credebat futuraz nō pro resurrectōe presenti. resurrectōez aūt generalez scđm Criso. certitudinal'r credebat. q: sepe xpm docētem audierat. ¶ Quantū ad cām sufficiētez dic. Dicit ei yhs rc. Ego suz resurrectio r vita rc. vbi xps duplicem imp̄fectōem credulitatis Marthe. q̄z supius iplicite insinuuerat hic clarius maīfestat vñ Aug. Dominus aūt maīfestius suam ońdit auctoritatem. Nā subdit dicit ei yhs rc. ego sum resurrectio r vita. quoniā nō indiget alio adiutorio qual'r erit resurrectio. si h̄o ipe vita nō loco sed vbiqz exñs potest sanar. ¶ Quantū ad modum ɔuenientem dicit qui credit i me rc. Naz sicut duplex ē mors ita duplex ē resurrectio. ¶ Est eniz p̄mo mors anime quādo per peccatū separat a deo de qua Apoc. 3. Nomen hēs q viuas r mortuꝰ es. r ab ista per gratiā resurget r fidem quia Abacuch. 2. Iustus autez ex fide viuit. ¶ Secundo est mors corporal'. de qua. 2. Re. 14. Omnes morimur r quasi aqua dilabimur que non reuertunt. r ab ista resurget corpus in resurrectōe finali. h̄ autem duplex resurrectio se habet per ordinem. quia prior est resurrectio anime ad q̄z secuta est resurrectio corporis p̄mo igitur fit mentio de resurrectione anime. secundum August. Cum dicit. Qui credit in me rc. secundo de resurrectione corporis cum dicit. r omnis qui viuit. s. in carne r credit in me per fidem formatam etiam si moriatur ad tempus per mortez carnis. non morietur in eternum. i. sem per quia aliquando resurget. ¶ Quantum ad ascensum promerentem dicit credis h̄. cui respondet vtiqz domine rc. vbi licet Martha non videatur ad questionem explicite respondere. quia questio fuit de credulitate resurrectionis. de qua mentionem non facit. tamen implicite respondet r realiter secundum Aug. Dum Christum confitetur dei filium in cuius virtute est resurrectio. r vita. r quicquid potest perfectionis r operis cogitari. ¶ Quantū ad tertium dicit r cuz h̄ dixisset rc vbi quattuor considera. s.

Marthe secretam insinuatõem.
Marie sedulã acceleratõez.
Judeoꝝ piam cõpassioné.
Marie amaram expressioné.
¶ Qm ad pm dic. Et cum hoc dixisset ⁊c. Ubi Criso. Ideo autem oculte sororez vocat q: si sciuissent iudei xp̃m aduenire recessissent ⁊ non fuissent testes miraculi. ¶ Qm ad Marie sedulam acceleratõez dicit. Illa autez vt audiuit ⁊c. vbi duo possumus considerare .s.
Marie actũ solicitum.
Christi locũ cõgruum.
¶ Qm ad pm dicit. Illa autem vt audiuit ⁊c. Nam Maria tm̃ diligebat ꝙ stati cucurrit ad ipsum quando ipsius audiuit aduẽtum. ¶ Qm ad xp̃i locum ꝯgruum dicit. Nundum enim venerat ⁊c. vbi Criso. Cautius enim stat vt non videat̃ ingerere seipsũ miraculo sed rogari ab alijs ¶ Qm ad iudeorum piam compassiõem. dic. Judei igitur qui erant ⁊c. Nam iudei videntes ꝙ Maria subito surrexerat ⁊ exierat ignorãtes cãm sui exitus crediderunt ꝙ iret ad monumentũ vt ibi ploraret frẽm suum ⁊ sibi compassi secuti sunt eam. ¶ Qm ad Marie amarã exp̃ssioné dic. Maria ergo cum venissz ⁊c. vbi duo tangit .s. honoris exhibitõem. cum dic. Et cecidit ad pedes eius ⁊ doloris expressionem: cum dic. dñe si fuisses hic frater meus nõ essz mortuus ⁊c.

Quinta pars.

Sequitur. Jesus vidit eam plorãtem ⁊c. vbi tangit celebritatem miraculi excellentiã. ꝙ ꝓbat mortu⁹ suscitat⁹. vbi qm ad miraculũ d̃ resurrectõe Lazari i q̃ xp̃s ꝯbuẽit sororib⁹ tria ꝯsidera .s.
Affectũ misericorditer inclinanté.
Affatũ familiariter ꝯsolanté.
Effectum mirabiliter ꝯsequentem.
¶ Qm ad pm dic. Jh̃s ãt ⁊c. Nã magnus effect⁹ ondit̃ fuisse xp̃i ad sorores Lazari qñ lachrimatus est. vbi tria ꝯsidera .s.
Ostẽsioné euidẽtẽ.
Opinioné differentem.
Dispositõem ꝯfirmantem.
¶ Qm ad pm dic. Jh̃s ãt ⁊c. vbi ꝯsidera .s. xp̃i imutatõem: loci interrogatõem. ¶ Qm ad pm dic. Jesus ergo ⁊c. Nam iste fremitus ⁊ ista turbatio xp̃i ip̃m imutantes exterius fuerũt signũ afflictionis q̃z habebat ad Mariã ⁊ Marthã plorãtes ẜm Criso. Judiciũ hũanitatꝭ assũpte fuit. ¶ Qm ad loci interrogatõem dicit. ⁊ dixit vbi posuistis eũ. cui rñderunt veni ⁊ vide. ⁊ seqtur ꝙ iteꝝ lachrimatus est. vbi Alcimm. Q: fons pietatis erat fulgebat ꝑte humãitatis qué resuscitat ꝑ potẽtiam diuinitatꝭ. ¶ Qm ad opinioné differẽtem dic. Dixerunt ergo iudei ⁊c. Inter iudeos eim q venerant ad visitandũ istas sorores aliqui erant diligentes Christum aliqui odientes. inter quos fuit duplex opinio. Nam Christum diligentes ex pietate dicebant. Ecce quomodo amabat illũ Odientes autem Christum ex emulatione ⁊ malignitate. dicebant nõne poterat h qui aperuit oculos ceci nati facere vt ñ h moreret̃. ¶ Qm ad dispõné ꝯfirmãtem dic. Jh̃s ergo fremẽs. ex h enĩz ꝙ xp̃s fremuit: ⁊ in se dispõnes varias sentire voluit ꝯfirmauit intrinsecũ qué hẽbat effectũ ¶ Qm ad 2m dic. erat ãt spelũcha ⁊c. xp̃s ei volẽs actõez q̃rere vt ꝯsolabil'r loq̃ret̃ sorores aliqd ꝑcepit. ꝙ vr̃ Marthe icongruũ ꝑꝑ ip̃a rñdit. p⁹ cui⁹ rñsiõez xp̃s ip̃az istruẽs ꝯsolat̃. ẜz h igit̃ h q̃ttuor ꝯsidra .s.
Jussioné impantem.
Rñsioné appenté.
Instructõem dirigentem.
Deuotõem exequentem.
¶ Quantum ad primum dicit. erat spelũcha ⁊c. Nam in partib⁹ illis ꝑ sepulturis hominum. habebant cauernas ad modum spelunche. In cauerna autem erat foramen vnũ per quod imponebat̃ corp⁹

ꝙ foramen lapide claudebaꝛ. hunc lapidē xp̄s ꝑcepit amoueri. licet potuissꝫ manen te lapide vel solo verbo h̄ facere. tamen facere noluit. sed iussit amoueri lapidem vt sicꝛ ecundum Criso. Accessus ad spelūcā ꝛ amotio lapidis ostenderet esse Lazarum ꝛ nō alium qui resuscitabaꝛ a xp̄o. ¶ Quantū ad responsionem apparētem dicit. Dic̄ ei Martha ꝛc. vbi Teoᵐ h̄ aūt Martha tanq̄ȝ diffidens dicit veluti im possibile credens posse resuscitari ob die rum diuturnitate. scd̄m autem Bedam hec verba non fuerunt disperationis sed admiratiōis. ¶ Quantū ad instructōem dirigentē dicit. Dicit ei yh̄s ꝛc. vbi theo. Christus autem rememorat mulieri ea dem verba de quibus cōtulerat ꝛ pene ꝛ obliuiscenti loquiꝛ in verbis que xp̄s hic dicit inuitur ꝙ eadeꝫ est gl'a patris ꝛ filij. Nam supradixerat discipulis. ꝙ infirmi tas Lazari nō erat ad mortem. sed vt glo rificeꝛ filius p eam. h̄ autem dic̄ Marthe videbis gloriam dei. s. p̄ris. q. d. b̄m Cris. Non glorificeꝛ filius nisi p̄r glorificetur. ¶ Quantū ad deuotiōem exequētem di cit tulerunt ergo lapidem. Nam astātes volentes iperiū xp̄i pficere velud deuoti lapidem amouerūt. ¶ Quātū ad tertiuꝫ dicit yh̄s autem elleuatis ꝛc. xp̄s eniꝫ exi stens d̄us ꝛ homo orat ꝛ gratias agit. vt deus autem vocat ꝛ resuscitat ꝛ liberum i perat dimittēdum. ꝛ secunduꝫ h̄ hic. s. pos sumus ꝯsiderare. s.

Modum cōuenientem.
Causam inducentem.
Vocem excitantem.
Hominem resurgentem.
Dominum iperantem.

¶ Quantū ad primū dicit yh̄s auteꝫ ꝛc. Nam per orationem ꝛ gratiarum actiōeꝫ xp̄i dat nob̄ intelligere ꝙ beneficia debe mus a deo petere cum gratiarū actione ꝛ oratione deuota. ¶ Quantū ad causaꝫ in ducenteꝫ dicit. ego autem sciebam ꝛc. Naꝫ xp̄s quia deus erat non indigebat sed eā que induxit eum adorādum fuit vt popu lus videns cōuerteretur ad fideꝫ. ideo di cit ego autem sciebam ꝛc. ¶ Quantū ad vocem excitantem dicit h̄ cum dixissꝫ ꝛc. xp̄s eniꝫ sua virtuosa voce Lazarū de mo numēto vocauit. ꝛ ipꝫ resuscitauit vt sic il la fuerit vox d̄ qua ps. Vox domini i vir tute vox domini i magnificentia. ¶ Quā tum ad hominem resurgentem dicit ꝛ sta tim prodijt ꝛc. exijt autem ligatus vt dic̄ Criso. vt nō puteretur esse fantasma sed h̄ exhibat ligatus non minus videbatur esse q̄ȝ suscitare. ¶ Quantū ad dominum imperantem dicit. Dicit enim yh̄s solui te ꝛc. vbi Criso. dicit soluite eum vt. s. tan gentes ꝛ ei appropinquātes videāt quia vere est ille. ¶ Sciendum est auteꝫ circa totum istud miraculum loquendo morali ter ꝙ in isto miraculo tanguntꝛ q̄ttuor. s.

Lazarus indigens.
Xp̄s cōpatiens.
Sorores deprecantes.
Discipuli obsequētes.

¶ Quantū ad Lazarum indigentē. scien dum est ꝙ per Lazaruꝫ peccator intelligi tur cuius ratio est quia Lazarus interpre tatur adiutus a domino ꝛ licet d̄ se possit cadere tamen de se nō potest a peccato re surgere nisi specialiter a domino adiuueꝛ vnde ps. In persona peccatoris dicit. Ni si quia dominus adiuuit me paulominus habitassꝫ in inferno anima mea. ¶ De la zaro autem significātem peccatorem mul ta dicuntur videlicet. Quod languidus. Quod erat infirmus. Quod dormiebat. Quod fuit mortuus. Quod fuit sepultꝰ. Quod erat quatriduanus. Quod erat fe tidus. Quod fuit sub lapide clausus. Qd̄ erat ligatus manus. Quod erat ligatus pedes. Quod facies erat sudario velata. in peccatore autem possumus considera re scilicet.

Temptationem inducentem.
Delectationem demulcentem.
Assensum interpretatiuũ detinentẽ.
Cõsensum debilitatũ adherẽtem.
Exteriorem actum ꝯsequentem.
Cõsuetudinẽ malam inclinãtem.
¶ Propter Primũ dicitur peccator ifirmus. Propter scdm dicitur languidus. Propter tertiũ dicit dormiens. Propter quartũ dicitur mortuꝰ. Propter quintũ dicitur sepultus. Propter sextũ dicitur q̃ triduanꝰ. ¶ Primo igitur in peccatore considera tẽptationem inducẽtem, ꝓpter q̃ dicitur peccator infirmus. q: sicut infirmus est debilis in viribus naturalibꝰ sic peccator per peccatũ fit debilis ad resistẽdum tẽptationibus ideo dʒ dicere cũ ps. Miserere mei dñe quoniã infirmus sum. ¶ Secundo ꝯsidera delectatõẽ demulcẽtẽ propter ꝙ peccator dr languidus. Nã sicut languidꝰ cogitat hr̃e aliqua in qbꝰ delectari possit vt langorem contẽperet sic peccator ãmissis tẽptationibus delectat. vt consulendo dr peccatori Eccli.18. Ãn langorem ꝑpara medicinã. i. ãn delectatiõẽ resiste fortiter tẽptationibꝰ vitiosis. ¶ Tertio cõsidera assensũ interpretatiuũ detinẽtem. ꝓpter ꝙ dr peccator dormiens. Nam sicut dormiẽs a somno detinetur sic peccator alñ detietur in delectatione sensuali peccati licet nũdũ pueniat ad opus p deliberatũ consensũ ⁊ talis dr sẽsus iterpretatiuꝰ. ¶ Quarto ꝯsidera cõsensum deliberatũ adherẽtẽ. ꝓpter q̃ dr peccõr mortuus. Naʒ sicut homo dicitur mortuus quãdo vitaʒ amittit sic peccator deliberatiue ꝯsentiẽs peccato amittit gratiam diuinam que dicitur vita spiritualis anime mortuus dici potest vt verificet d ipso illud. 4. Re. 4. Ecce puer mortuꝰ iacebat in lectulo. s. corporis. ¶ Quinto cõsidera exteriorẽ actum cõsequentem pp ꝙ peccator dr sepultꝰ. Nã sicut sepultꝰ tenet in sepulchro sic peccator postq̃ cõsumauit peccm̃ in opeꝛ captiuꝰ a dyabolo dtinetur de talibus dr Eccli. Uidi ipsos sepultos qui etiaʒ cũ adhuc viuerẽt in loco sancto. ¶ Sexto cõsidera cõsuetudinem malam inclinãtem. ꝓpter ꝙ peccator dicitur quatriduanꝰ. Nam p quattuor dies qbꝰ dr peccator mortuus intelligit cõsuetudo peccãdi. vel p quattuor dies itelligunt q̃ttuor de qbus Augu. 8. cõfess. dicit ex voluntate puersa facta est libido. ⁊ dũ seruit libidini facta est ꝯsuetudo ⁊ dum cõsuetudini nõ resistit fcã est necessitas. ¶ Peccatorem aũt sic ꝓfundatum in vitijs quinq; secunt dispẽdia. Primũ est ꝙ ẽ fetidꝰ p ifamiã. Secundũ est ꝙ ẽ lapide clausus p ipenitẽtiam. Tertiũ ꝙ hʒ ligatas manꝰ p defectum operatiõis virtuose. Quartũ ꝙ habet ligatos pedes per defectuʒ dilectionis amorose. Quintũ ꝙ habet velatã faciem p dfectum visionis glõse. ¶ Primo est fetidus p infamiã. Nam sicut res fetida malum odoreʒ emittit sic peccator publicus malam famã infundit ⁊ etiaʒ in aliquos alios alñ suis malis exẽplis corrũpit Cor. 15. Corrũpunt bonos mores colloquia praua sic etiaʒ mala fama multoꝝ corrũpit audientes. ¶ Secũdo est lapide clausus per ipenitentiam: nam sicut ille q est lapide tumulatꝰ nõ potest prodire exterius. sic peccator cõsuetudinarius impenitens efficitur quia sua peccata deprimere per ꝯfessionem contẽnit non aduertẽs cominatiõem sibi factam ab aplõ ad ro. 2. secundũ duritiam tuam ⁊ impenitens cor tuũ thaurizas tibiipsi in die ire ⁊ reuelatiõis iusti iudicij dei q reddet vnicuiq; secunduʒ opera sua. ¶ Tertio habet ligatas manus per defectuʒ operationis virtuose. nam per manus intelligunt opera igitur sicut homo habẽs ligatas manus facere non potest aliquod opus: sic peccator cõsuetudinarius non potest meritorie operari ⁊ ideo sibi dicitur ve ⁊ ve duplici corde ⁊ labijs celestis ⁊ manus male

facientibus 7 peccatori terrã ingredienti duabus vijs. ¶ Quarto ligatus pedes per defectũ dilectionis amorose: nam per pedes quibus homo mouet de loco ad locu3 intelligitur dilectio qua quis spiritualiter in alium tendit pedes dicitur quis habere ligatos qui nec deu3 nec proximũ diligere meritorie potest vt sic verificet de ipso illud Job.18. Immisit in rete pedes suos 7 i maculis ei9 ambulat tenebitur planta ei9 laqueo 7 exardescet contra eum sitis. ¶ Quinto habet faciem vellatam per defectum visionis gloriose. nam per faciem in qua principaliter viget sensus intelligitur visio vel cognitio quam habemus de deo per fidem dum in hoc mundo viuimus 7 clara contéplatio quã in futuro expectam9 sicut igitur habens vellatam faciem non potest videre clare sic peccator impenitens nunq̃3 diuinam gratiam vel faciem poterit intueri iuxta illud Js.50. Iniquitates vestre diuiserũt inter vos 7 deum vestrum. 7 peccata vestra absconderunt faciem eius a vob.

¶ Quantum ad quartum cópatientem sciendum est q͂ circa cópassionem q̃3 xp̃s ostendit Lazaro 7 sororibus. 7. possum9 considerare. s.

Ipsum veniétem ex bonitate.
Se turbãtem ex voluntate.
Plorantem ex pietate.
Precipiétem ex auctoritate.
Rogantem ex humilitate.
Clamante3 ex viuacitate.
Resuscitãte3 ex potestate.

¶ Primo venientem ex bonitate quia dicitur q͂ venit yh̃s ex quo aduẽtu datur nob intelligi aduentus su9 benignissim9 quo dignetur quantum est ex se ad peccatorem venire. Nã ipse dicit Luc.5. Nõ ei veni iustos vocare sed peccatores ad penitentiam. ¶ Secundo considera yh̃m se turbantem ex voluntate quia infremuit spiritu 7 turbauit seipsum per quod dat intelligi inuitatio interior que debet esse in peccatore volente per gratiam suscitari: nam debet turbari voluntarie non coacte de peccatis preteritis cõterendo vt dicere possit illud ps. Anxiat9 est super me spiritus meus 7 in me turbatum est cor meum. ¶ Tertio cõsidera yh̃m lachrimãtem ex pietate quia lachrimatus est per quod potest intelligi planctus quem peccator deb3 habere de sua consideratóe peccati iuxta q͂ anime peccatrici dicit Jere. 6. Filia populi mei accingere cilitio 7 aspgere cinere luctum vnigeniti fac tibi plãctum amarum. ¶ Quarto cõsidera yh̃m precipiente3 ex auctoritate. quia dixit tollite lapide3. Nam duplex est lapis tenés peccatorem clausum ne exeat a peccato. primus est inordinata spes de diuina misericordia que potest vocari presumptio. Secundus est confitendi verecũdia que est indiscretio. Primo debet amouere considerãdo diuinam iusticiam in malos puniendo. Secundo considerando finalem verecundiam. ¶ Quinto considera Christum rogantem ex humilitate quia orauit. 7 gratias egit deo patri ad ostendendum q͂ si aliquid volumus a domino impetrare debemus ipsum humiliter exorare. post receptum vero beneficium sibi gratias referre. ¶ Sexto considera Christum clamantem ex viuacitate. quia clamauit voce magna Lazare veni foras. Nam per istum clamorem vno modo intelligitur clamor ipsius quo peccatores vocat ad penitentiam. Alio modo clamor peccatoris quo debet clamare ad dominum misericordiam postulando. d. cum ps. Domine exaudi orationem meã 7 clamor meus ad te veniat. ¶ Septimo considera Christum resuscitãte3 ex ptãte quia statim pdĳt qui fuerat mortu9. Na3 vox clamoris xp̃i fuit tante potẽtie q͂ ad

ipsam statim Lazarus resurrexit p q dat intelligi q peccator vocatᵘ a dño non dz esse piger nec negligēs. sed solicitus vt a peccato resurgat. d. illud. i. R. 3. Ecce ego q: vocasti me. ¶ Licet aūt deus pius sic vocat peccatorē vt exeat d monumēto peccati tñ multi sunt qui contēnunt exire de qbus conqueritur per ps. Non audiuit populus meus vocem meā ⁊ Isrl' nō intēdit mihi ⁊. 2. Prouer. 1. Uocaui uos ⁊ renuistis. extendi manū meam ⁊ nō fuit q aspiceret. sed qualem vltiōem faciet d talibᵘ dñs fuit figuratū Iob. 10. vbi dicit snialr. Quod qnque reges pugnauerūt contra Iob. ⁊ fugientes abscōdissent se in spelūcha fec eos educi quos postmodū suspendio interfecit. ¶ Ubi sciendū. q p Iob. q saluator interpretat intelligit xps hūani generis saluator p qnque aūt reges intelligunt hoies regētes se. 5. sensibus corporis bm delectatōes ipsoꝝ viuentes vt sic 5. sensus sint. 5. iuga bouū propter q excusauit se ille ne iret ad cenam magnā Luc. 14. Quia tl's a cena celestis pr̄ie penitus excludent tl's dicunt ɔtra Iob. i. xpm pugnare q: sibi in suis opibus cōtradicunt: dicunt etiam fugere a facie Iob. plequentis quia secunt d̄sideria sensuū propter q xps psequitur lz autem peccatores se credant abscōdere tñ veniet tēpus in die iudicij. q xps de spelūchis. i. de sepulchris extrahi faciet qñ mortui resuscitabunt reddituri d factis ppriis rationez quos xps instar Iob. ppter eorum scelera cōdēnabit ad ppetuam mortem vt sic cuilibet tl'i dici possit illud Jb. 14. Tu āt proiectᵘ es de sepulchro tuo quasi stirps inutilis sic sane volutus ⁊ inuolutus cū his qui interfecti sunt gladio ⁊ descēderunt ad fundamenta laci. ¶ Cōsiderans punitiōez tam terribilē mis peccator dz dum hz penitendi spaciū ad dñm se cōuertere dicendo cū ps. Eripe me de luto vt nō infingar: libera me, ab his qui oderūt me ⁊ de pfundis aquarū non me demergat tēpestas aque neqz absorbeat pfunduz neqz vrgeat sup me puteus os suū vnde Aug. Si cecidisti o homo nō claudet sup te puteū os suū si tu nō clauseris os tuū sed cōfitere ⁊ dic d profundis clamaui ad te dñe. dñe exaudi vocem meā. ¶ Quantū ad sorores deprecantes quattuor possumus ɔsiderare. s.

Nā nūciant festinanter.

Occurrūt reuerenter.

Exprimūt diligenter.

Plorant euidenter.

¶ Nam primo nūciant festināter q: statī miserunt. d. ecce quem amas infirmat. nā per istas duas sorores mittentes ad xpm per Lazarū intelligunt duo q debent esse in peccatore si vl't perfectaz recipere sanitatem. s. de cōmissis ɔtrictis de futuris puisio. Nam maria vno modo interpretat amara ⁊ signat cōtrictionem ⁊ amaritudinem q̄z d cōmissis dz habere peccator vt sic dicat illud Job. x. Loquar in amaritudine anime mee dicā deo noli me cōdēnare. ¶ Martha vero vno modo interpretatur dña ⁊ signat puisionem q̄z peccator dz habere q̄tū ad peccata futura vt possit solertius euitare q qdez fit principal'r quādo sensualitati ratio dominat si ergo peccator penitens cōtritus ⁊ prouidus d futuris habeat recursum ad xpm merebitur liberari iuxta q figuratiue dr. 4. R. 14. Uidit dns afflictiōem Isrl' amaram ⁊ saluabit eos. ¶ Secūdo occurrūt reuerēter quia vt audierūt aduentū xpi occurrerunt illi p quarum occursum solicitū dat intelligi. q homo qñ xps venit ad ipm p inspiratōem internā vel admonitōem externā debet solicite sibi occurrere. ⁊ si sentiat se offendisse in aliquo dz hūiliter culpā cognoscet ⁊ veniā postl'are. ¶ Tertio exprimūt diligenter. Nam ambe dixerūt dñe si fuisses hic ⁊c. Naz in psentia nullᵘ spiritualiter moritur. q: cuz ipe sit via veritas ⁊ vita Jo. 14. In psenti vita nullus

Moritur. pñte xpo nullus pōt mori. sed si xps recedit statim moritur q: caret vita. vnde Maximus in quodā sermone. dicit enim Apo. In interiorem hoiem hitarem xpm per fidem in cordibus vestris. pmanente itaq3 fide permanet in homie xps discedente fide discedit ab homine xps. discedente xpo discedit ab homine vita. ¶ 4° plorant euidenter. q: Christus vidit eam plorantem. s. Mariam. per planctum āt istarum intllr planctus quem hō deb3 hre vel assumere qñ se sentit peccasse. vnde ps. Uenite adoremus 7 procidamus ante deum. ploremus coram domino qui fecit nos. ¶ Quantum ad discipl'os obsequētes dicit. q ihs dixit eis. q solue rent ligatum Lazarum. 7 sinerent abire p q datur intelligi xpi bonitas 7 liberalitas qui non solum sibi retinuit ministerium. l3 ipse absoluat principaliter. 7 suis ministerijs concessit. vnde Alcuin9. xps ergo suscitat. q: interi9 per seipsu3 viuificat solunt discipuli. q: per misteriu3 sacerdotū absoluunt viuificati. 7 hoc est q xps dicit discipulis Math. 18. Amē dico vob quod cunq3 ligaueritis super terram erūt ligata 7 in celo. 7 quecunq3 solueritis sup terram erunt soluta in celo.

Sexta pars.

Equitur. Multi autē ex iudeis qui venerant 7c. vbi tāgit 7c. q pbat 7c. xps enim superius qñ grās egit patri dixerat propter populum qui circūstat dixi vt credant: quia tu me misisti. 7 illō euangelista bm Aug. vt verum ostendat verbum Christi dicit. multos credidisse in Christum. quante aute3 vtilitatis sit in Christum credere. audi quid dicitur Math. 16. Qui crediderit 7 baptizatus fuerit saluus erit. Unde Jo. 20. Multa quidem 7 alia signa fecit ihs in conspectu discipulorum suorum que ñ sunt scripta in libro hoc. hec aute3 scripta sunt vt credentes vitam eternam habeatis in nomine eius. Ad q3 7c.

¶ Sabbato dominice quarte in. xl°.

Go sum lux mundi. Jo. 8. Quattuor sunt inter alia p pter que aliqs preponitur alijs imitandus. ¶ Pm est exemplaritas virtuosa 7 hō modo senex pponunt iuuenibus: q: rōne senectutis debent ēt magis virtuosi esse 7 per consequēs exemplares. 7 de hoc dr pma pe. 2. xps passus est pro nobis. nobis relinquens exemplum: vt sequamini vestigia eius. ¶ Secundum est veritas luminosa: 7 hoc modo proponunt magistri 7 iudices 7 ceteri litterati nescientibus: q: ratione sapientie debēt melius cognoscere veritatem. 7 bm hoc dicitur Math. 8. q quidam dixit xpo. magister sequar q cunq3 ieris. ¶ Tertium est nobilitas generosa. 7 hoc mō proponunt nobiles ignobilibus. 7 per pñs ds omnibus. 7 bm hoc dr Deutero. 13. Dñm deum vrm sequmini 7 eum timere. ¶ 4m est ptās vigorosa. 7 hoc mō pponunt rectores sbditis. 7 b3 hoc dr deutero. 17. Facies quecunq3 dixerint qui presunt in loco quem elegerit deus sequerisq3 sniam eo7: nec declinabis ad dexteram vel ad sinistram. Christus sibi vt oñdat nob q ipm obem9 seq 7 ipe pcedere In hoc eua° d seipo tāgit pdcā. 4. s.
Claritatē oia illustratē.
Ueritatē oia discernētem.
Dignitatē oia pcedētem.
Ptātem oia disponētem.
¶ Primum probat refulgētia speculis. Secundum sapiētia magistral'. Tertium prosapia supernalis. Quartum presidentia virtualis. Primum in principio. Secundum ibi dixerunt ergo pharisey 7c. Tertium ibi dicebat ergo ei 7c. Quartu3 ibi vbi est pr tuus 7c.

Prima pars.
Quantũ ad primũ vbi tangit ꝛc. q ꝙ probat ꝛc. dicit. Ego sum lux mundi ꝛc. Ubi Christus sic arguit. Lux que tenebras fugat. ꝛ lumen vite prebet est vtilis toti mundo. Sed ego fugo generaliter tenebras ꝛ lumen vite prebeo. ergo ꝛc. Hic autem tria possum⁹ considerare. s.
Lux essentialis intensiue.
Lux generalis extensiue.
Lux vtilis effectiue.
℄ Quantum ad primum dicit. Ego sum ꝛc. Nam q: ipe lux per essentiam ꝛ p participatõem dic. Ego sum lux mundi. non ait dic in me habitat lux. ℄ Quantum ad secundũ dic mũdi. Nam xp̄s nõ est missus ad vnã patriã solũ: sed generalr̃ ad totum mundũ saluandũ. iuxta ꝙ dixerãt Samaritani Jo. 4. Ipsi eniꝫ audiuimus ꝛ scim⁹ q: hic est vere saluator mundi. vt sic dici possit de ipo illud Eccl̃ci. 43. Spẽs celi glĩa stellaꝝ mundũ illuminãs in excelsis dñs. ℄ Quantũ ad tertiũ dic. q sequitur me ꝛc. Nam vtilitas huius lucis est ꝙ q sequit̃ illam habꝫ vitam eternam: que dr̃ lumen vite. vnde Augu. hec verba domini cum verbis p̄s. concordant. In lumine tuo videbimus lumen quoniam apud te est fons vite. ℄ Sciendum est autẽ circa istã ptẽ loquẽdo spũalr̃ ꝙ lux est.
Letificatiua merẽtium.
Dirrectiua errantium.
Fecũdatiua terrestrium.
Conciliatiua distantium.
℄ Sic Christus instar lucis letificat mestos. Dirigit deuios. Fecundat aridos. Conciliat dispersos. ℄ Primo lux est letificatiua merentium. Nam videmus ꝙ hoies exñtes in tenebris sunt tristes ꝛ in luce ꝺo letant̃. pp ꝙ dr̃ Eccl̃ci. ij. Dulce lumẽ ꝛ delectabile ẽ oculis videre solẽ. Instar cuius xp̄s letificat mestos. i cui⁹ signũ dixit ãgel⁹ in nat. eius. euãgelizo vob̃ gaudiuꝫ magnũ ꝙ erit omni pplo. Luc. 2. ℄ 2° lux est dirrectiua errantium. Nã videmus ꝙ hoies de nocte errant: ꝺ die vero nõ: quia luce melius diriguntur: propter ꝙ dic dñs Jo. 5. Si quis ambulat in die non offendit: q: lucem huius mundi videt. si autem ambulat in nocte offendit. q: lux non est in eo. Instar cuius xp̄s dirigit ꝺuios. vnde cuilibꝫ dr̃ puer. 3. In omnibus vijs tuis cogita illum ꝛ ipse diriget gressus tuos. ꝙ cognoscẽs p̄s. dic. gressus meos dirige ꝺm elo. tuum ꝛ non dominentꝰ mei omnis iniusticia. ℄ 3° lux ẽ fecundatiua terrestriũ. Nam videm⁹ terre expositꝫ magis radijs solarib⁹ sunt maioris fertilitatis. Instar cui⁹ xp̄s fecũdat aridos In cuius signum ipse dicit. Jo. 3. Ego sum vitis vos palmites q manet in me ꝛ ego in eo ꝺ fert fructum multũ: q: sine me nihil potestis facere. ℄ 4° lux est ꝯciliatiua distantium. Naꝫ videmus ꝙ lꝫ oĩa corpora mixta sint ex quattuor elementis contrarijs. quorum ignis est calidus: ꝛ aqua frigida. aer humidus. ꝛ terra sicca. tñ virtute lucis ꝛ influentia corporum celestiuꝫ manent simul. Instar cuius Christus cõciliat dispersos. in cuius signum dr̃ coll. 1. In ipo complacuit deo patri omnem plenitudinem habitare ꝛ per eum reconciliare omnia in ipso pacificans per sanguinẽ crucis eius. siue q̃ in celis siue q̃ in terris sunt. Nam cum hominibus terrenis fit pugna perualida. quia secundum Apo. galat. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum. ꝛ spiritus aduersus carnem. ꝺ enim sibi inuicem aduersantur vt non quecũqꝫ vultis faciatis. quia vero ꝺm sententiam Christi Math. 26. Spiritus quidem promptus est. caro autem infirma. hinc est ꝙ caro inclinat hominem ad luxuriam ꝛ q libet sensus corporis ad suum obiectum delectabile. vt visus ad pulchra ꝛc. ꝛ hoc est ꝙ plorans apostolus Ro. 7. d. Uideo aliam legem in membris meis repugnan

Rem legi mentis meę. ꝛ captiuantem me in lege peccati que est in membris meis. Infelix ego homo quis liberabit me de corpore mortis huius. ꝛ subdit soluendo. gratia Christi per Jesuꝫ Christū dominū nostrum. ¶ Ultra vero istum hosteꝫ habet homo mundū inclinātē ipsuꝫ ad auaritiā. ꝛ dyaboluꝫ ipsum inclinantem ad superbiam. ꝛ sic homo duꝫ viuit est in cōtinua pugna. nec in alio q̄ꝫ i Christo potest habere pacem. Unde Christus Johan. 17. Hec loquutus sum vobis vt in me paceꝫ habeatis. De hac igitur luce sic proficua s. Christo. deus pater dedit Js. 40. Dedi te in lucem gentium vt sis salus mea vsq̄ꝫ ad extremum terre. ¶ Licet autem deus filium suum in mundū tanq̄ꝫ lucem miserit audi quid ipse Christus dic̄ Jo. 13. Lux inquit venit in mundum ꝛ dilexerunt homines magis tenebras q̄ꝫ lucem cuius causaꝫ assignans subdit. Erant eniꝫ opera eorū mala. Omnis eniꝫ qui male agit odit lucem. ꝛ non venit ad lucē vt arguantur opera eius. Quattuor eniꝫ sūt inter alia que oculuꝫ corporalē impediunt ne possit clare videre. s.

Vapoꝝ elleuatio.
Medioꝝ alteratio.
Neruoꝝ separatio.
Humoꝝ congregatio.

¶ Sic animā impediunt ne possit spiritualeꝫ luceꝫ videre. Superbia tumens. Vanagloria complacens. Auaritia distrahens Luxuria inficiens.

¶ Primo oculū corporalem īpedit ne possit clare videre vaporuꝫ elleuatio. Naꝫ multotiens propter nimiā comextionem ꝛ potum vel alia causa vaporis ascēdunt ad oculum: ꝛ ipsum obumbrant: ita q̄ bene videre non potest. Instar cuius animam impedit ne possit lucem spiritualem videre. superbia tumens. Nam quia nullus potest Christum videre nisi sit in gratia quam superbi non habent qui ad moduꝫ vapoꝝ volunt semper i altuꝫ ascendere. deuꝫ videre non possunt. sed tantū humiles ꝛ deuoti. Nam iuxta illud Jaco. 4. superbis deus resistit humilibus dat gratiam. Unde Tob. filio suo Tob. 5. vel quarto. superbiam in tuo sensu nunq̄ꝫ aut in tuo verbo dominari permittas. In ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. Unde Jsa. 2. Dies domini super omnem superbum ꝛ arrogantem ꝛ humiliabitur. ¶ Secundo oculum corporalem impedit mediorum alteratio. Nam si inter oculum ꝛ rem visam albam interpōatur vitrum rubeum vel viride vel alterius coloris res illa videbitur eiusdem coloris cum vitro. Instar cuius animaꝫ impedit vanagloria complacens. Nam quis nullus potest deum videre nisi sit deo acceptus quod nō sunt vanagloriosi qui ad modum diuersorum medioruꝫ in diuersis rebus mundanis diuersimode gloriantur de quibus Judith. 6. Presumentes de se ꝛ de virtute sua gloriātes humilias. ideo vanagloriosi deum videre non possunt. ¶ Tertio oculum corporalē impedit neruorum separatio. Nam quilibet oculus habet vnum neruiculum deferentem speciem receptam in oculo vsq̄ꝫ ad sensum cōmunem. ꝛ isti neruiculi se tanguntur i medio duorum oculoruꝫ. Et ideo propter istum cōtactum licet in quolibet oculo recipiatur species ita quod in duobus oculis sunt due species tamen sensum cōmuni representantur vt vna: Si tamen vnus illorum neruiculorum in loco contactus separetur ab alio tunc quilibet illorum representat speciem sui oculi ꝛ representāt due species: ꝛ tunc vna res videntur esse due. ¶ Instar cuius animam impedit auaritiam distrahens per q̄ꝫ homo separatur a deo: ꝛ iō dixit xp̄s Luc. 12. Uidete ꝛ cauete ab oī auaritia. q: n̄ i habūdātia ci⁹

q̄ȝ vita est que possidet. Istud aūt consilium male tenent homines non aduertentes illud domini. d. Is. 47. Propter iniquitatem auaritie eius iratus sum ⁊ percussi eum. ¶ 4º oculum corporalem impedit humoꝝ cógregató. Nā qn̄ aliq humores cógregant circa pupilam oculi: tunc impediunt oculum ad vidédum. Instar cuius aīam impedit luxuria inficiens per q̄ȝ homo bestialis efficit ⁊ imundus. ⁊ talis non potest deum videre. q: a talibus blasphematur. q: iuxta illud. 2. pe. 2. Multi sequunt eorum luxurias per quos via veritatꝭ blasphemat. quibus iudicium iaȝ olim non cessat ⁊ perditio eorum non dormitat. ¶ 2º sciendum est quantum ad tenebras ꝙ triplicem inuenio tenebraȝ. s.
Culpe inficientis spūalr.
Ignorantie excecantꝭ mentaliter.
Pene affligentꝭ eternaliter.
¶ Ab istis āt tenebris xp̄s q est lux educit reformando per suam gratiā. Illustrādo per suam sapientiam. Quietando per suam gloriā. ¶ Primo inuenio tenebras culpe inficientꝭ spūalr. Nam culpa est quedam macula in anima ipsam faciens tenebrosam. vnde de peccōribus dicit prouer. 2. Dereliquerunt iter rectum ⁊ ambulāt vias tenebrosas. Ab istis tenebris deº peccatorem educit per suam grām reformādo. vt sic reformatus possit dicere illud Jo. 13. Tenebre transierunt ⁊ lumen verū iam lucet. ¶ Secundo inuenio tenebras ignorantie excecantꝭ mentalr: in qua homo cadit per peccatum. vnde p̄s. Nescierunt neqȝ intellexerunt in tenebris ābulant. Ab istis tenebris Christus peccatorem educit ad lucem. Illustrando per suam sapientiam. Unde Ephe. 6. Eratis eiȝ aliquando tenebre: nunc autem lux in domino vt filij lucis ambulate. ¶ Tertio inuenio tenebras pene affligentis eternaliter. quia propter peccatum acquirit penā eternam. vbi sunt tenebre sine luce. Unde in persona peccatorum dicit psalmista. Posuerunt me i lacu inferiori in tenebrosis ⁊ in vmbra mortis. ¶ De istis Christus ne illuc hominem vadat: liberat si vult conuerti ad penitentiam quietando per suam gloriam. ⁊ hoc est ꝙ alloquens nos fideles beatus Pe. in canonica sua dicit. Uos autem genus ellectum regale sacerdotium. gens sancta populus acquisitionis vt virtutes eius narretis qui d̄ tenebris vos vocauit in admirabilem nom̄ suum. s. glorie. ¶ Tertio sciendum est ꝙ ad sequi Christum tripliciter debemº eū sequi. s.
Per paupertatem: mundum despiciédo.
Per humilitatem: prompte obediendo.
Per puritatem: hōeste ꝯuersando.
¶ Primo per paupertatem mundum d̄spiciendo. Exemplo apostolorum in quorum persona dixit Petrus decio math. Ecce nos reliquimus omnia ⁊ sequuti sumus te. ¶ Secundo per humilitatem prompte obediendo. In cuius signum dicitur Johan. 21. quod Christus dixit Petro sequere me. ¶ Tertio per puritatem honeste conuersando. In cuius signuȝ dicitur Apoc. 14. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati. virgines eniȝ sunt ⁊ sequuntur agnum quocunqȝ ierit. ¶ Unde ad ista tria simlr dicit Christus Luc. 9. Si quis vult post me venire abneget semetipsum per humilitatem. s. ⁊ obedientiam. tollat crucem suam. carnem macerando per castitatem ⁊ pudicitiam ⁊ sequatur me per paupertatem ⁊ penuriam. ¶ Ista sequella q̄ȝ Christum debemus sequi fuit figurata Judic. 9. Ubi sentétialiter dicitur. Quod cum Abimelech vadens ad pugnam cōtra suos aduersarios ascendit in montem Selmō. ⁊ ibi abscisuȝ ramum arboris portabat in humeris suis. d. populo ꝙ me videritis facere cito

facite. quia precedentes ramos de arbori
bus imponentes que suis humeris seque
bantur ducem. ¶ Ubi sciendum ꝙ per
Abimelech qui interpretatur pater me
us rex intelligitur Christus Jesus deus
⁊ homo qui pater noster dicitur. quia per
ipsum sumus creati. quia iuxta illud Jo.
primo. Omnia per ipsum facta sunt ⁊ si
ne ipso factuz est nihil. Qui est pater mi
sericordiarum ⁊ deus totius consolatõis
qui consolatur nos in omni tribulatione
nostra. 2. cor. ij. Iste dicitur iuisse ad pu
gnam quando voluit contra dyabolum
inimicum humãi generis in ligno crucis
pugnare. Per montem autem Selmon
qui interpretatur pax: intelligitur ciuitas
Jerusalem. Ad quam Christus ascendit.
iuxta illud quod Christus predixit Luc.
18. Ecce ascendimus Jerosolimam ⁊ consu
mabuntur omnia que scripta sunt per pro
phetas de filio hominis. Per ramum au
tem arboris intelligitur crux qua Chri
stus suis proprijs humeris deportauit.
iuxta ꝙ de ipso dicitur Johan. 19. Quod
baiulans sibi crucem exiuit in eum qui di
citur caluarie locus. ¶ Portans autem
sic crucem Jesus instar Abimelech horta
tur nos. d. Sicut me videtis facere cito
facite. quasi dicat. Sicut me videtis cru
cem portare significantem penitentiam:
ita ⁊ vos exhortor ad penitentiam. Exem
plum enim dedi vobis vt quemadmoduz
ego feci ita ⁊ vos faciatis. Jo. 13. Ad cu
ius admonitionem debet quilibet assume
re: ⁊ ipsum sequi vt ducem. exemplo ppli
sequentis Abimelech.

Secunda pars.

Equitur. Dixerunt ergo phari
sey ⁊c. Ubi tangit veritatez om
nia discernentem. quod probat
sapientia magistralis. Quia enim phari
sey Christum ex malitia reprehendebant
Ideo Christus tanquam prudens ipsorũ
insinuans ignorantiam dictum suum eui
dentius manifestat. Secunduz hoc igit̃ ħ
quattuor ꝯsidera. s.
Malitiam reprehendentem.
Sapiẽtiam declarantẽ.
Ignorantiã excecantẽ.
Sufficiẽtiam euidentẽ.
¶ Quantum ad primum dicit. Dixerunt
ergo pharisey ⁊c. Nam pharisey existi
mantes Christum solum hominem qui se
dixerat lucem mundi. ⁊ qui sequebantur
eum non ambulabãt in tenebris: sed habe
bat lumen vite. tanquam maligni ⁊ inui
di secundum Criso. Dictum suum calum
niari volebãt. Ex hoc ꝙ de seipso dicebat
Quod responsio videbatur aliquem colo
rem habere ex illo ꝙ dicitur prouer. 27.
Laudet te os alienum ⁊ non os tuum.
¶ Quantum ad secundum dicit. Respõ
dit Jesus ⁊c. vbi primo explicat intentõez
suam. d. eis. Et si ego testimonium perhi
beo de meipso. Secundo probat ħ dicẽs:
scio vnde venio ⁊ quo vado. Nam Chri
stus erat dei filius missus in mundum ꝓ
redemptione humani generis ⁊ redditu
rus ad ipsum: iuxta ꝙ ipse dicit Johan.
16. Exiui a patre ⁊ veni in mundum. Ite
rum relinquo mundum ⁊ vado ad patrez
⁊ filius dei patris sit sapientia ⁊ virtus. ꝓ
ma cor. 1. ⁊ de ratione sapientie sit omnia
certitudinaliter cognoscẽr. hinc est quod
Christus certitudialiter omnia nouit. ex
his autem potest sic formari prima ratio
Ille qui perfecte nouit deum a quo est ⁊
ad quem vadit potest vere testificari de
seipso: quia cum deus sit veritas. de ve
ritate venit: ⁊ ad veritatem vadit. Sz ego
scio vnde venio. quia a deo qui misit me.
⁊ a quo vado. quia ad ipsum redeo. ergo
possum de meipso testificari. ¶ Secũdo
sic. Ille vero potest testificari de seipso q

perfecte nouit seipsum. sed ego perfecte
me noui sciendo me principium. vnde ve
nio. ⁊ medium finez a quo vado. ergo pos
sum vere testificari de meipso. ¶ Tertio
sic. Deus est sibiipsi sufficiens testis: quia
deus est lumen. luminis est autem mani
festare se ⁊ alia. Sed ego sum deus ⁊ dei
filius: quia scio vnde venio. quia a dõ pa
tre. tanq̃ a principio originante: ⁊ a quo
vado: quia ad ipsũmet tanq̃ ad finem ge
tantem. ergo possum d̃ meipso testificari.
¶ Quantuz ad tertiũ dicit. Vos nescitis
⁊c. vbi tria p̃sidera. s.

Cognitõis carentia.
Probatõis euidentia.
Cõdictõis excellentia.

¶ Quantum ad primum dicit. Vos ne
scitis ⁊c. Licet iudei Christum lucem ve
ram presentem haberent tamen non illu
minabantur ab ipso propter eorum mali
tiam. Et ideo secundum Augu. Nõ cogno
scebant ipsum dei filium| sed tantum pu
rum hominem reputabant. ¶ Quantuz
ad probationis euidentiam dicit. vos se
cundum carnem iudicatis ⁊c. Vbi secun
dum Augu. Vos inquit secundum carnẽ
iudicatis ac si obiciat vos quoniaz in car
ne sum. carnem me solam putantes: non
autem deum sed carnem infallibiliter iu
dicatis. ¶ Quantum ad conditionis ex
cellentiam dicit. Ego non iudico quenq̃
⁊c. Nam quia Christus sciebat se verum
deum ⁊ hominem non solum loquebatur:
nec iudicabat de se vt de puro homine si
cut faciebant iudei. Et ideo secunduz Au
gustinum. dicit non iudico quenq̃. s. solũ
secundum carnem. ⁊ ideo addidit. ⁊ si iu
dico ego. ¶ Sciendum est autem morali
ter loquendo q̄ iudicium secundum car
nem iudicare quod sit viuendum secũduz
desideria carnis ⁊ mundi. Exemplo illoꝝ
impiorum de quibus dicitur Sap. 2. Di
xerunt impii apud se non recte iudican
tes. Venite ⁊ fruamur bonis que sunt. ⁊
vtamur creatura tanq̃ in iuuentute cello
riter vio pretioso ⁊ vnguẽtis nos reples
mus ⁊ non pretereat flos temporis. coro
nemus nos rosis antequam marcescant.
nullum pratum sit quod non pertranseat
luxuria nostra ⁊ h̃ sors. Opprimamꝰ pau
perem iustum. ⁊ non parcamuus vidue ⁊
nec reuereamur canes multi temporis.
¶ Que omnia reduci possunt ad diuiti
as. delitias: ⁊ excellentias mundi. Sz ta
men considera diuitias. Nam quantum
valent patet. tam in morte quam pꝰ mor
tem in morte remanet homo diuitiis
expoliatus. Unde Job. 5. Nudꝰ egressus
sum de vtero matris mee ⁊ nudus reuer
tar illuc. Post mortem autem deducunt
hominem ad extremam penam ⁊ penuri
am. sicut patet de diuite Epulone. d̃ quo
dicitur Luc. 16. Quod petiit ardens in
flãma aque gutam a Lazaro habere non
potuit. ¶ Quantum autem valent carna
les delitie patet. Nam in morte corpus
delitiis nutritum deducitur ad vermium
comextionem. Unde Job. 21. In puluere
dormient ⁊ vermes operient eos. ⁊ quid
post mortem dicitur Apoc. 18. Quoniam
glorificauit se ⁊ in delitiis fuit. tantum da
te illi tormentum ⁊ luctum. ¶ Quantum
vero valent mundane excellentie patz q:
in morte qui volebant aliis dominari
⁊ ab aliis honorari: ⁊ ceteros per super
biam pedibus suis subicere ab omnibus
conculcatur post mortem in infernum de
ducuntur. Unde omnes dicturi sunt illd̃
Sapientie quinto. Quid nobis profuit
superbia. aut quid diuitiarum iactantia cõ
tulit nobis. transierunt omnia illa tanq̃
vmbra. In malignitate autem nostra con
sumpsimus. ¶ Christus autem qui non
secundum carnem iudicat dat iudicium
iustum ⁊ verum. Unde quantum ad tem
porales diuitias dicit Math. sexto. Noli

te thesaurizare vobis thesauros in terra vbi erugo ⁊ tynea demolitur. ⁊ vbi fures effodiunt ⁊ furantur. ¶ Quantum ad carnales delitias dicit Luc. 21. Attendite autem vobis ne grauentur corda vestra in crapula ⁊ ebrietate ⁊ curis huius vite ⁊ superueniat in vos repentina dies illa. ¶ Quantum ad mundanas excellentias dicit discipulis Luc. 22. Qui maior est vobis fiat sicut minor. ⁊ qui precessor est sicut ministrator. ⁊ seipsum in exemplū adducens. subdit. Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat. ¶ Quantum ad quartum dicit. ⁊ in lege vestra ⁊c. vbi primo adducit legis testimonium d. in lege vestra scriptum est. quia duorū hominum testimonium verum est. Ubi Crisostomus. In hominibus quidem ꝓpter hoc determinatum est ꝙ in ore duorum vel trium testimonium stet omne ꝟbum. quia vnus solus non est fide dign⁹ ¶ Secundo applicat ad propositum lex vestra approbat duorum hominum testimonium qui decipi possunt. multo ergo magis debet approbare testimonium meum ⁊ patris qui non possumus decipi. Nam sicut dicitur Numeri. 23. Non ē deus q̄ sit homo vt mentiatur. nec vt filius hominis vt mutetur.

Tertia pars.

Equitur. Dicebant ergo ei vbi est pater tuus ⁊c. Ubi tangit dignitatem omnia precedentem: quod probat sapientia supernalis. Nam iudeis querentibus a Christo de suo genere. Respondet eis implicite se filium dei: ⁊ vnum substantialiter cum pr̄e. ⁊ sꝫ h̄ hic tria ꝯsidera. s.
Interrogatōem malitie inuidenꝰ.
Expressionem ignorantie excecanꝰ.
Ostensionem noticie declaranꝰ.

¶ Quantum ad primum dicit. Dicebāt ergo ei ⁊c. Nam quia Christus crebro nominabat patrem quē ignorabant esse deum. sed credebant purum hominem. ⁊ q̄a ipsum non videbant esse cum Christo. Ideo secundum Augustinum. Querebāt vt ostenderet eis patrem. Uel secundum aliquos. illa iudeorum interrogatio fuit despectiua. quia reputabant eum filiū fabri. ¶ Quantum ad secundum dicit. Neq̄ me scitis neq̄ patrem meum. q: Christus erat deus habens patrem deum. licet iudei Christum cognoscerent quātum ad humanitatem. non tamen quantū ad deitatem. ⁊ per consequens nec patrem qui deus est cognoscebant. ¶ Quantum ad tertium dicit: si me sciretis forsitan ⁊ patrem meum sciretis. vbi Augustinus Quid est enim si me sciretis ⁊ patrem meum sciretis. nisi quia ego ⁊ pater vnū sumus.

Quarta pars.

Equitur. Hec verba locutus est ⁊c. vbi tangit potestatem omnia disponētem: quod probat presidētia virtualis. Nam potentia alicuius in duobus cognoscitur. s. in opere ⁊ sermone. Unde hic duo possumus considerare. s.
Christi affabilitatē in instruendo.
Ipsius vigorositatē in resistendo.
¶ Quantum ad primū dicit. hec verba ⁊c. Christus enim tanq̄ȝ bonus magister ⁊ pius ⁊ affabilis in loco magis competenti ⁊ decenti docebat turbas. s. i templo qui locus erat diuinis laudibus dedicatus. Unde de ipso dicebat Luce nono. Erat docens quottidie i templo. gazofilatiū erat locus in q̄ generaliter ferebant oblōnes. ⁊ dicitur a gaza ꝙ est diuitijs ⁊

phylase q est seruare quasi seruatio
diuitiarum. ¶ Spiritualiter autem secū
dum Bedam. In gazofilatio xps loquit
quoniā parabol. ad iudeos sermóem pfe
rebat tunc autem gazophilatiū aperiri ce
pit quādo discipulis suis celestia reserua
uit vnde in gazophilatiū templo adhere
bat. q: que lex ꝛ prophe figuraliter predi
xerat ad deum ptinebant. ¶ Quantū ad
secundum dicit. ꝛ nemo apphendit eū ꝛc.
Nam tantus est vigor ꝛ potentia xpi q
nullus nisi vellet ꝯtra ipuȝ aliqd potuissȝ
quia igitur nūdum venerat eius hora in
qua disposuerat pati ideo nullus apphen
dit. Inuenio autem quadruplicem horaȝ
Christi. s.

Laboriose exercitatióis.
Dolorose afflictionis.
Formidolose discussionis.
Gaudiose refectióis.

¶ Primo laboriose exercitatónis ꝛ illa
dum Christus fuit in mundo. Nam xps
penalitates ꝛ dolores nostros sine pecca
to. ideo exuriuit sitiuit. ꝛ lasus fuit. ¶ Se
cundo inuenio horam dolorose afflictóis
ꝛ illa fuit in qua pro nob voluit pati ꝛ mo
ri d qua Mat. 15. Erat autem hora tertia
ꝛ crucifixerūt eum. ¶ Tertio inuenio ho
ram formidolose discussióis. ꝛ illa erit in
die iudicij ꝛ est cuilibet homini quando
transibit de h mundo per mortem de qua
Mat. 24. Vigilate quia nescitis qua ho
ra domin9 vester venturus sit. ¶ Quar
to inuenio horam gaudiose refectionis ꝛ
illa erit in patria de quā ps. Satiabor cuȝ
apparuerit gloria tua. Nam h hora non
potest perfecte haberi in hoc mundo. sed
in futuro vbi erit perfecta refectio ꝛ sa
